





Relié par
DEROME le jeune,
rue St Saigne au-dessus
de St Benoist.

Iohannis Andree. Episcopi Aleriensis. Ad summū
Pontificem. Paulū. ii. Venetum. Epistola.

SI tua mihi pater beatissime Paule. ii. Venete Pōtifex Maxīe
sanctitas antehac ueniā tribuit: ex impītia forsitan audētī
tenuitatis mee mausculas lucubrations tue potissimum dedicare
pietati: & per sese obscure mirifico tuo illustrarentur fulgore: &
fierent te suscipiente preciose: merito his quadragesime augustis
uenerabilibusq; diebus Indytum illum Pontificem Leonem primū
natione Thuscum ut puo: in Chalcedonēsi Synodo sūma patrū
admiratione ter sanctum acclamatū: tibi Maximo Pontifici cāte
Cathedre thronum ornatissime implēti debui offerre. nō magna
difficultate recognitum sed summa utilitate perlectum. Cuius in
breuib; sed diuino artificio cōsummatis sermonibus latissima rez
diuinarum mysteria & secundū canonicas scripturas quidam sacri
eloqui principatus includitur. oratiōe enim parca sensibus uero
sublimis in primisq; celestis & qđ est ante omnia admirabile: pro/
fundissimus pariter atq; planissimus pōtificia differens maiestate &
apostolico facundus eloquo modestia illa uere Xpīana uirtuteq;
diuina uiua nimirū Euangelii tuba & prope electionis uas altez:
caste fidei sacramētis aures implet Christianas: ut si plura illi scri/
bere uel pōtificalium negotiorum ingens labor uel inuidie etatis
angusta spacia pmisissent: omēs diuinitatis thesauros facile fuerit
supra expositoris etiam qualitatē aperturus. Hic est pater sācte
Leo ille Magnus cognomento primus dignitate: eloquētia ne/
mini cedens: multos excedens sapiētia: breuitatis magister: & pene
unicus artifex: qui tante appellationis nomen sanctitatis tamen
merito superauit. A sacrosanctis Apostolorum memoriis nunq̄m
discedens. Cuius tu quoq; exēplo sacratissima Apostolorū pignora
semper amplexus nullo tempore deserenda censuisti. Quo adhuc
diacono & pro rebus pōtificalis ab urbe absente ecclesie Romane
regius clerus & sanctus summi pontificis prope duos mēses distulit
electionis suffragia sanctiora. Qui & si uita omni maximus fuit:
sese tñ copia miseratiōis excessit: & diuini ingenui claritate. quē
successorum multi adeo sunt admirati: ut diu continuata uocabuli
successione: Leonēs p ordinē uoluerint appellari. a qbus ciuitatis
quoq; Leonie facta est celebris appellatio. Hic est ille Leo qui
maximis ecclesie sideribus Ambrosio Hieronymo Augustino ne



grecas pontificum maiestates percenseam pares maximis omnibus
 excellētia: occidētibus orbi Xpiano: & celo oriētibus angelozq;
 consortio: ut sol quidam pro omnibus unus mundo satis fuit illus/
 trando. quem ut fulgur perborruit hereticorū impietas. coluit ut
 numē Imperatorum maiestas. plus qm dici potest ueluti parentem
 uenerata est fidelis cuncta Christianitas. Hic est leo certe eccle/
 siastice dictiōis Tullius. ¶ Theologie Homerus. Rationū fidei
 Aristoteles. & ut omnia unico absoluam uerbo Petrus in pōtificio
 throno: Paulus in pulpito Christiano: ita demulcens ut uinctos
 auditores teneat. ita docēs ut sensibus diuinis impleat. ita exhortās
 ut ardoribus uirtutis incendat. legendus. ediscendus. imitandus.
 Huius ppria Pontificis iure dici pōt oratio. de quo a me magis
 illum stupente qm laudante id solum accipi dictum uelim: amari
 facile Leonem posse: pro merito nunq̄ predicari licere. Is igitur
 sit noster in terris instructor. in celis apud omnipotentem deum
 intercessor. qui est in secula benedictus. Amen.

¶ Sequuntur Rubrice totius operis p̄ ordinem.

- B**eatū Leonis pape de assumptione sua ad pontificatū gra/
 tiarum actionis sermo primus. Laudem domini.
 In anniuersario die assumptionis sue eiusdē sermo de pōtificatus
 qualitate secundum ordinem Melchisedech. Quotiens.
 Eiusdem de anniuersario Pontificie sue assumptionis die sermo
 Tertius. Gaudeo.
 De collectis eiusdem sermo primus. Multis
 De collectis eiusdem sermo secundus. Notum uobis.
 De collectis eiusdem sermo tertius. Christiane.
 De collectis & elemosina eiusdem sermo q̄rtus. Misericordia.
 De collectis & elemosinis eiusdem sermo quintus. Apostolice.
 De collectis sermo eiusdem sextus. Et de ieiunio decimi mēsis
 primus. Si fideliter.
 De ieiunio decimi mensis & collectis eiusdē sermo sc̄dus. Quod.
 De ieiunio decimi mensis & de elemosinis eiusdem sermo tertius.
 In dominico agro.
 De ieiunio decimi mensis & de elemosinis eiusdē sermo quartus.
 Confidenter.
 De ieiunio. x. mēsis & de elemosinis eiusdē sermo. v. Sublimitas.

De ieiunio decimi mensis & de misericordie operibus eiusdem sermo sextus. Euangelicus.

De ieiunio decimi mensis & de misericordie operibus eiusdem sermo septimus. Presidia.

De ieiunio. x. mensis & de elemosinis eiusdem sermo. viii. Cú de. Leo papa. Flauiano Constantinopolitano Epó. Dilectissimo.

De natali domini eiusdem sermo primus. Saluator noster.

De natali domini eiusdem sermo secundus. Exultemus.

De natiuitate domini eiusdem sermo tertius. Nota.

De natiuitate domini eiusdem sermo quartus. Semper.

Eiusdem de natiuitate domini sermo quintus. Quamuis.

De natiuitate eiusdem sermo sextus. Omnibus quidem.

De natiuitate domini sermo septimus. Festiuatit.

De natiuitate domini sermo octauus. Cum semper.

De natiuitate domini eiusdem sermo nonus. Excedit.

De natiuitate domini eiusdem sermo decimus. Sepe ut.

De epiphania domini eiusdem sermo primus. Celebrato.

De epiphania domini eiusdem sermo secundus. Gaudete.

De epiphania domini eiusdem sermo tertius. Quamuis.

De epiphania domini eiusdem sermo quartus. Iustum.

De epiphania domini eiusdem sermo quintus. Hodiernú.

De epiphania domini eiusdem sermo sextus. Dies dilectissimi.

De epiphania domini eiusdem sermo septimus. Memoria.

De epiphania domini eiusdem sermo octauus. Causam.

De quadragesima eiusdem sermo primus. Hebreorum.

Eiusdem de quadragesima sermo secundus. Licet nobis.

Eiusdem de quadragesima sermo tertius. Semper quidam.

Eiusdem de quadragesima sermo quartus. Predicaturus.

De ieiunio quadragesimali eiusdem sermo. v. Apostolica.

De passione & resurrectione dñi eiusdem sermo primus. Semp.

Eiusdem de passione & resurrectione dñi sermo secundus. Virtus.

De passione & resurrectione dñi eiusdem sermo. iii. Deuotionis.

De festo paschali eiusdem sermo primus. In omnibus.

De festo paschali sermo eiusdem secundus. Inter omnes.

De festo paschali sermo eiusdem tertius. In omnibus.


De passione domini sermo quartus. Appropinquante.

Lectio sancti euangelii secundú Iohannem. In illo tēpore.

Omelia sancti Leóis pape de transfiguratione dñi. Euāgelica.

In parasceue dñi eiusdē de passiōe sermo p̄mus. Sacratissimū.
 De passione domini eiusdem sermo secūdus. Exigit fides.
 De passione domini eiusdem sermo tertius. Inter omnia.
 De passione domini eiusdem sermo quartus. Expectationi.
 De passione domini eiusdem sermo quintus. Creator &.
 De passione domini eiusdem sermo sextus. Sponsionis.
 De pascha domini eiusdem sermo septimus. Scio quidem.
 De passione domini eiusdem sermo octauus. Decursis.
 Eiusdem de passione sermo nonus. Sacramentum.
 Eiusdem sermo decimus de passione. Cum multis.
 Eiusdem sermo undecimus de passione. Desiderata.
 De passione & resurrectione domini sermo .xii. Omnia qdē.
 De passione & resurrectione dñi eiusdē sermo .xiii. Euāgelica.
 De passione & resurrectione dñi eiusdem sermo .xiiii. Gloria.
 De passione & resurrectione dñi sermo .xv. Sermonem.
 De passione & resurrectiōe domini eiusdē sermo .xvi. Semp.
 De passione & resurrectione dñi eiusdē sermo .xvii. Sermo.
 De passione & resurrectione domini sermo eiusdē decimus octa-
 uus. Magnitudo quidem.
 De passione & resurrectione dñi eiusdem sermo .x.x. Sacram.
 Sermo de passione & resurrectione dñi eiusdem .xx. Sermōe.
 De resurrectione domini eiusdem sermo .xxi. Notū quidem.
 De Ascensione domini eiusdem sermo primus. Post beatam.
 De Ascensioe dñi nostri Iesu Xpi eiusdē sermo .ii. Sacramētū.
 De Pentecoste domini eiusdem sermo primus. Hodiernam.
 De Pentecoste domini eiusdem sermo secundus. Plenissime.
 Sermo eiusdē de Ascensione domini tertius. Hodiernam.
 De Pentecoste domini eiusdem sermo quartus. Hodiernam.
 De ieiunio Pentecostes eiusdem sermo primus. Dubitandum.
 De ieiunio Pentecostes eiusdē sermo .ii. Sanctarū sollēnitatū.
 De ieiunio Pentecostes eiusdem sermo tertius. Inter omnia.
 In natiuitate Apostolorū Petri & Pauli eiusdē sermo primus.
 Omnium quidem.
 In natiuitate Apostolorū Petri & Pauli eiusdē sermo secūdus.
 Exultemus.
 In octaua Apostolorum Petri & Pauli eiusdem sermo tertius.
 Religiosam deuotionem.
 In natiuitate s̄actorum septem fratrum martyrum Machabeorū

eiusdem sermo. Gratias.
 In natiuitate sancti Laurentii martyris eiusdem sermo. Cú oím.
 De ieiunio septimi mensis id est septēbris eiusdem sermo primus.
 Obseruantiam quidem uestram.
 De eodem sermo secundus. Deus humani generis
 De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo tertius. Ad exorandú.
 De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo quartus. Predicationē.
 De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo quintus. Sacratum.
 De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo sextus. Deuotionē.
 De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo. vii. Apostolica.
 De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo octauus. Omnis.
 De ieiunio septimi mensis eiusdem sermo nonus. Scio quidem.
 In festo omnium sanctorum lectio sancti Euangelii secundum
 Mattheum. In illo tempore.
 Omelia beati Leonis pape eiusdem lectionis. Predicāte.
 Tractatus beati Leonis pape contra heresin Eutychei habitus
 Rome in Basilica sancte Anastasie. Sicut peritorum.
 Leo papa Maximo Episcopo Antiocheno salutē in domino.
 Quantum dilectioni tue.
 Leo papa Anatolio Episcopo salutē in dño. Gaudeamus.
 Leo papa Leoni Augusto salutē in dño. Offitius que.
 Leo papa Leoni Imperatori Salutē in dño. Leo Epus.
 Symbolū Nicenū. trecentoz. decē & octo patrū. Credimus.
 Testimonia excerpta de libris catholicoz patrum a Leone papa
 collecta Leoniq; Imperatori directa. q; dñs noster Iesus Xpus
 uerus sit deus. & uerus homo sententis sancti Hylari Pictauesis
 Episcopi. In secundo libro de fide inter cetera.



Beati Leonis pape de assumptione sua ad
pontificatum gratiarum actionis sermo Primus.



Audē domini loquat̄ os meū. & nomē sanctū
eius anima mea ac spiritus caro & lingua be/
nedicat: q̄a non uerecunde sed ingrate mēt̄is
iudicium est beneficia tacere diuina: & satis
dignū est a sacrificiis dominice laudis obsequium
cōsecrati Pōtificis inchoare: quia in humilitate
nostra memor fuit nostri dñs: & benedixit
nobis: q̄a fecit mihi mirabilia magna solus: ut presentē me cerneret
uestre sanctitatis affectio: quē fecerat necessitas lōge pegrinatiōis
absentem. Ago igitur deo nostro gratias & semper acturus sum p̄
om̄ibus que tribuit mihi. Vestri quoq; fauoris arbitriū debita gra/
tiarum actione cōcelebro. euidenter intelligens quantū mihi p̄fuit
reuerēt̄ie amoris & fidei studia uestre dilectioni impēdere: animarū
uestrarum salutē pastoralī sollicitudine cupiēt̄i: q̄ tā sanctū de me
nullis admodum p̄cedētibus meritis iudicium p̄tulistis. Obsecro igit̄
p̄ misericordiā dñi iuuate uotis: quē desideris expetistis: ut & spūs
gratie maneat in me: & iudicia uestra nō fluctuent. Prestet in cō/
mune nobis om̄ibus pacis bonū: q̄ uobis humānitatis studia infudit:
ut omnibus diebus uite mee in omnipotētis dei seruitiū: & ad uestra
paratus obseqa cū fiducia possim dñm deprecari. Pater s̄acte cōserua
eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Sempq; p̄ficiētibus uobis ad
salutē: magnificet anima mea dñm. & in futuri retributione iudicij
ita mihi apud iustū iudicē sacerdoti meratio subsistat: ut uos mihi
p̄ bona opera uestra sitis gaudiū: uos corona: q̄ bona uolūtate sin/
cerum presentis uite testimoniū p̄stitistis. **H**onorabilē igitur mihi
dilectissimi hodiernū diē facit diuina dignatio: que dū humilitatem
meā in summū gradū p̄uehit: q̄ neminē suoz sperneret demōstrā/
uit. Vnde & si necessarium est trepidare de merito: religiosum est tñ
gaudere de dono. quoniā q̄ mihi honoris est autor: ipse mihi fiet
administrationis adiutor. & ne sub magnitudine gratie succumbat
infirmus: dabit uirtutē: q̄ cōtulit dignitatē. Recurrente igit̄ p̄ suū
ordinē die quo me dñs Episcopalis officij uoluit habere principiū:
uera mihi ī gloria dei causa est letādī: q̄ mihi ut multū a me dilige/
ret: multa dimisit. Et ut mirabilē faceret gratiā suā: in eū munera
sua contulit: in quo meritoz suffragia nō inuenit. Quo opere suo
dñs qd̄ cordibus nostris insinuat: q̄due cōmendat: nisi ut de iusticia



sua nemo p̄sumat: & de ipsius misericordia nemo diffidat: que tunc
evidentius p̄minet: q̄n peccator sanctificat̄. & abiectus erigitur.
Neq; n. de q̄litate nostrorū operū pendet celestiuū mensura donorū.
Aut in isto seculo in quo tota uita temptatio est: hoc unicuiq; re/
tribuit̄: qđ meret̄. ubi si iniquitates dñi obseruaret: nullus iudicium
suū sustineret. Magnificate ergo dilectissimi dñm mecū: & exalte/
mus nomē eius in inuicē: ut tota ratio celebritatis hodiernae ad laudē
sui referat̄ autoris: Nam qđ pprie ad affectū animi mei pertinet:
cōfitebor me plurimū de oīm uest̄rū deuotione gaudere. Cūq; hanc
uenerabiliū consacerdotū meorū splendidissimā frequentiam uideo:
angelicū nobis in tot sanctis sentio intereē conuentū. Nec dubito
nos abundantiore hodie diuine p̄sentie gratia uisitari: quādo simul
assunt: & uno lumine micant: tot speciosissima tabernacula dei: tot
mēbra excellentissima corporis Xpi. Nec abest: ut conūdo: ab hoc
cetu etiā beatissimi Apostoli Petri pia dignatio & fida dilectio: nec
uestram deuotionē ille deseruit: cuius nos reuerentia congregauit.
De uestro itaq; & ipse gaudet affectu: & in cōsortibus honoris sui
obseruatiā dñice institutiōis amplectit̄: p̄bans ordinatissimā totius
Ecclesie caritatē: que in Petri sede Petrū suscipit. & a tanti amore
pastoris nec ī p̄sona tā imparis tepescit heredis. Ut ergo hec pietas
dilectissimi q̄ erga humilitatē meā unanimiter exhibetis: fructū sui
studii consequat̄: misericordē dei nostri clementiam supplices obse/
crate ut in diebus nostris expugnet impugnantēs nos. munit fidē
uestram. multiplicet deuotionē ac dilectionē. augeat pacem. meq;
seruulū suū quem ad ostendendas diuitias gratie sue gubernaculis
Ecclesie uoluit p̄sidere: sufficientē tāto operi & utilē uestre defē/
sioni dignet̄ efficere. & ad hoc tēpora nostre seruitutis extēdere:
ut proficiat deuotioni: quod fuerit largitus etati. per Christum
dñm nostrū Amen.

In anniuersario die assumptiōis sue eiusdē sermo de
Pontificatus qualitate scđm ordinē Melchisedech.

Quotiens nobis misericordia dei donorum suorū dies renouare
dignat̄: iusta dilectissimi & rationalis cā est letādi: si officii
origo suscepti ad laudē sui referat̄ autoris. Hanc. n. obseruat̄ tam
omnibus qđē sacerdotibus congruā. sed mihi necessariā maxime eē
cognosco: qui respiciens ad exiguitatis mee tenuitatem & ad suscepti
muneris magnitudinē etiā ego illud p̄pheticū debeo p̄clamare: Dñe
audiui auditū tuū: & timui: considerauī opera tua: & expaui. Quid

5

enī tam insolitum tam pauendū. q̄ labor fragili. sublimitas humili.
dignitas nō merenti? & tñ non desperamus: neq; deficimus: quia nō
de nobis sed de illo presumimus q̄ operat̄ in nobis. Vñ & Dauidicū
psalmum dilectissimi non ad nostram elationē sed ad Xpi domini
gloriā consona uoce cantauimus. Ipse est enim de quo propheticē
scriptū est: Tu es sacerdos in eternum scđm ordinē Melchisedech.
hoc est nō scđm ordinē Aaron: cuius sacerdotiū per ppaginem sui
seminis currēs tēporalis ministerii fuit. & cū ueteris testamenti lege
cessauit. sed secundū ordinē Melchisedech: in quo eterni pontificis
forma p̄cessit. & dū qbus parentibus sit editus: non refert: in eo ille
intelligit̄ oñdi: cuius generatio nō p̄t enarrari. Deniq; cum huius
diuini sacerdotii sacramentū etiā ad humanas puenit functiōes: nō
p̄ generationū tramitē currit: nec qđ caro & sāguis creauit: eligit̄.
sed cessante p̄uilegio patrū: & familiarū ordine p̄termisso: eos rec/
tores Ecclesia accipit: quos spiritus sanctus p̄parauit. ut in populo
adoptionis dei cuius uniuersitas sacerdotalis est: nō p̄rogatiua ter/
rene originis obtineat unctionē: sed dignatio celestis gratie gignat
antistitē. Quāuis ergo dilectissimi nos ad explendam nostri officii
seruitutē & infirmi inuēiamur & segnes: dū siqd deuote & strenue
agere cupimus: ipsius nostre cōditiōis fragilitate tardamur: habētes
tñ incessabilē pp̄tationem omnipotentis & perpetui sacerdotis qui
similis nostri equalis patri diuinitatē usq; ad humana submitit: hu/
manitatē usq; ad diuina p̄uexit: digne & pie de ipsius constitutione
gaudemus: quoniā & si multis pastoribus curā suāz ouīū delegauit
ipse tñ dilecti gregis custodiā nō reliq̄t. De cuius p̄ncipali eternoq;
presidio & Apostolici operis munimē accepimus: qđ utiq; ab opere
suo nō uacat. & firmitas fundamētī cui totius Ecclesie superstruit̄
altitudo: nulla incūbentis sibi templi mole lassescit. Soliditas enim
illius fidei que in Apostolorū principe est laudata: perpetua est. et
sicut p̄manet: qđ in Xpo Petrus credidit: ita p̄manet: qđ in Petro
Christus instituit. Cū. n. sicut Euangelica lectione referatum est:
interrogasset dñs discipulos: quē ipsum multis diuersa opinantibus
crederent: respondissetq; beatus Petrus dicens: Tu es Xpus filius
dei uiui: Dñs ait: Beatus es Simon Bariona q̄a caro & sanguis non
reuelauit tibi: sed pater meus q̄ in celis est. & ego dico tibi: q̄a tu es
Petrus: & sup hanc petram edificabo Ecclesiā meā. & porte inferi
nō p̄ualebunt aduersus eam. & tibi dabo clauēs regni celorum. &
quodcūq; ligaueris super terram: erit ligatū & in celis. & quodcūq;
solueris super terram: erit solutū & in celis. Manet ergo dispositio

ueritatis. & beatus Petrus in accepta fortitudine petre perseverans
suscepta Ecclesie gubernacula nō reliquit. sic. n. p̄ ceteris ē ordīatus:
ut dū petra dicit: dū fundamentū p̄nuntiat: dū regni celoꝝ ianitor
constituitur: dū ligandorū soluendoꝝq; arbiter mansura etiam in
celis iudiciorum suoꝝ defunctione p̄ficatur qualis ipsi cū X̄po esset
societas per ipsa appellationū eius* misteria nosceremus. Qui nunc
plenius & potentius ea que sibi cōmissa sunt: pagit & omnes partes
officioꝝ atq; curarū in ipso p̄ quē est glorificatus: exequit̄. Si qd
itaq; a nobis recte agit̄: recteq; discernit̄: Si qd a misericordia dei
quottidianis supplicatiōibus obtinet̄: illius est operū atq; meritorū
cuius in sede sua uiuit potestas. & excellit autoritas. Hoc. n. obti/
nuit dilectissimi illa confessio que a deo patre apostolico inspirata
cordi oīa humanarū opinionū incerta transcēdit: & firmitatē petre
que nullis impulsionibus quateretur: accepit. In uniuersa nāq; Ec/
clesia Tu es X̄pus filius dei uiui: quottidie Petrus dicit: & omnis
lingua que cōfiteē dñm: magisterio huius uocis imbuit̄. Hec fides
diabolū uincit. & captiuoꝝ eius uincula disoluit. hec eruditos mūdo
inferit celo. & porte inferi aduersus eā p̄ualere nō possunt. Tanta
enī diuinitus soliditate munita est: ut eā neq; heretica unq; corrūpe
prauitas nec pagana potuerit supare p̄fidia. His itaq; modis dilec/
tissimi rationabili obsequio celebrat̄ hodierna festiuitas: ut in p̄sona
humilitatis ille intelligatur: ille honoretur: in quo & omnium pas/
torum sollicitudo cum commendatarum sibi ouium custodia per/
seuerat. Et cuius dignitas in indigno herede non deficit. Vnde
uenerabiliū quoq; fratrum & cōsacerdotum meoꝝ desiderata mihi et
honoranda p̄sentia hinc sacratior est & deuotior: si pietatem huius
offitii in quo adeē dignati sunt: ei p̄ncipaliter deferūt: quē nō solū
huius sedis p̄sulem: sed & oīm Episcopoz nouerūt eē primatem. Cū
ergo cohortationes nostras auribus uestre sanctitatis adhibemus:
ipsum uobis cuius uice fungimur: loq̄ credite. q̄a & illius uos affectu
monemus. & nō aliud uobis q̄ qd̄ docuit: p̄dicamus. obsecrantes ut
succinti lumbos mentis uestre castā & sobriā uitā in timore dei du/
catis nec cōcupiscentis carnis mens principatus sui oblita cōsentiat.
Breuia & caduca sunt terrenarū gaudia uoluptatū. & ad eternitatē
uocatos a semitis uite conantē auertere. Fidelis ergo & religiosus
animus ea que sūt celestia: cōcupiscat. & diunarū p̄missionū audius
in amorē se incorruptibilis boni & in spem uere lucis attollat. Certi
autē estote dilectissimi q̄ labor uester quo uitis resistitis: & carna/
libus desideriis repugnatis: placens in conspectu dei est atq; p̄ciosus.

Nec solú uobis sed etiá mihi apud dei misericordiá pfuturus: quia de pfectu dominici gregis gloriatú cura pastoris. Corona mea sicut Apostolus ait: & gaudiú uos estis: si fides uestra que ab initio Euá/ gelu in uniuerso mundo predicata est: in dilectione & sanctitate pmanit. Nā licet omnē Ecclesiá que in toto ē orbe terrarú cunctis oporteat florere uirtutibus: uos tñ precipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellere quos in ipsa Apostolice petre arce fundatos dominus noster Iesus Xpus cú omnibus redemit. & beatus Apostolus Petrus erudiuit. per eundē Xpm dñm nostrú Amē.

Eiusdē de anniuersario pontificie sue assumptionis die sermo Tertius.

OAudeo dilectissimi de religioso uestre deuotionis affectu. et deo gratias ago: q̄ í uobis pietatē Xpiane unitatis agnosco. Sicut. n. ipsa frequētia uestra testat: intelligitis huius diei decursú ad cōmunē leticiá ptinere. & honorē celebrari totius gregis p annua festa pastoris. Nā licet uniuersa Ecclesia dei distinctis ordinata sit gradibus: ut ex diuersis mēbris sacraei corporis subsistat integritas: nos tñ omnes sicut ait Apostolus: in Xpo Iesu unú sumus. nec qsq̄ ab alterius ita ē diuisus officio: ut nō ad cōnexionē ptineat capitul cuiuslibet humilitas portiois. In unitate igitē fidei atq; baptismatis indiscreta nobis societas Dilectissimi & generalis est dignitas. scđm illud beatissimi Petri Apostoli sacratissima uoce dicentis: Et ipi tāq̄ lapides supedificamini in domos spirituales sacerdotiú sanctú offerentes spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Xpm. & infra. Vos autē genus electú regale sacerdotiú gens sancta populus ac/ quisitionis. Omnes enim in Xpo regeneratos crucis signum: efficit Reges. Sancti uero spūs unctio cōsecrat sacerdotes: ut pter istam spiritale nostri ministerii seruitutē uniuersi spirituales rationabiles Xpiani agnoscat se regu generis & sacerdotalis officii eē cōsortes

Quid. n. tam regiú q̄ subditú deo animú corporis sui esse rectorē? Et qd tam sacerdotale q̄ uouere dño conscientia puram & imma/ culatas pietatis hostias de altari cordis offerre? Quod cum omnibus per dei gratia cōmune sit factú: religiosú tñ uobis atq; laudabile ē de die puectionis nostre q̄si de pprio honore gaudere. ut unú celebret in toto Ecclesie corpore pōtifici sacramentum: quod effuso benedictionis unguento copiosius qdē in superiora pfluxit. sed nō parce etiá in inferiora descendit. Cú itaq; Dilectissimi de consortio

III

istius muneris magna sit nobis materia communiū gaudiorū uerior
tū uobis & excellentior erit causa letandi: si nō in nostre hūilitatis
consideratione remoremur. cum multo utilius multo sit dignius ad
beatissimi Apostoli gloriā contemplandam acie mentis attollere. et
hunc diē in illius potissimū ueneratione celebrare: qui ab ipso oīm
charismatū fonte tam copiosis est irrigationibus inundatus: ut cum
multa solus acceperit: nihil ī quenq̄ sine illius p̄cipatiōe transierit.
Verbū. n. caro factū fuerat: & habitabat iā in nobis: ut reparādo
humano generi totū se X̄pus impēderet. Nihil indispositū sapiētie
nihil erat arduū potestati. famulabant elementa. ministrabāt spūs.
angeli seruebant. nec ullo mō poterat inefficax eē sacramentū qđ
simul ipsius deitatis unitas operabatur: & trinitas. & tamen de toto
mundo unus Petrus eligitur: qui & uniuersarum gentiū uocationi &
omnibus Apostolis cunctisq; Ecclesie patribus preponat: ut quāuis
in populo dei multi sacerdotes sint: multiq; pastores: omnes tamen
regat Petrus: quos principaliter regit & X̄pus. Magnū & mirabile
Dilectissimi huic uitro cōsortiū potētie sue tribuit diuina dignatio.
& si quid cū eo commune ceteris uoluit eē principibus: nunq̄ nisi per
ipm dedit: qcqđ aliis nō negauit. Omnes deniq; Apostolos dominus
qd de se hoīes opinent: interrogat. & tā diu respōdentiū cōmunis
est: quādiu humane intelligentie ambiguitas explicat. At ubi quid
habeat sensus discipuloꝝ exigitur: primus est in domini confessione
q̄ primus est in Apostolica dignitate. q̄ cū dixisset: Tu es Christus
filius dei uiui: Respōdit ei Iesus: Beatus es Simon Bariona q̄a caro
& sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus q̄ in celis est. id est ideo
beatus es q̄a pater meus te docuit. nec terrena opinio te fefellit: sed
inspiratio celestis te instruxit. & non caro & sanguis sed ille me tibi
cuius sū unigēitus filius indicauit. Et ego inqt dico tibi: hoc ē sicut
meus pater tibi manifestauit diuinitatem meā: ita & ego tibi notam
facio excellentiā tuā. q̄a tu es Petrus: id est cum ego sim inuola/
bilis petra: ego lapis angularis q̄ facio utraq; unū: ego fundamētū
preter qđ nemo potest aliud ponere: tamen tu quoq; petra es: quia
mea uirtute solidaris. ut que mihi potestate sūt ppria: sint tibi mecū
participatione cōmunia. Et super hanc petram edificabo Ecclesiā
meā. & porte inferi nō preualebūt aduersus eam. Super hāc inqt
fortitudinem eternum extruā templum. & Ecclesie mee celo inse/
renda sublimitas in huius fidei firmitate consurget. hanc cōfessionē
porte inferi non tenebunt. mortis uincula non ligabunt. uox enim
ista uox uite est. Et sicut confessores suos in celestia prouehit: ita

negatores ad inferna demergit. ppter qđ dicit beatissio Petro: Tibi dabo clauēs regni celoz. & quecūq; ligaueris sup terrā erūt ligata & ī celis. & quecūq; solueris sup terrā: erūt soluta & ī celis. trāsiuit qđē in alios Aplōs uis potestatis istius. & ad omēs Ecclesie Principes decreti huius cōstitutio cōmeauit. sed nō frustra uni cōmendat: qđ omībus intimet. Petro. n. ideo hoc singulariter credit: qa cunctis ecclesie rectoribus Petri forma pponit. māet ergo Petri pūlegiū ubicunq; ex ipsius fertur equitate iudiciū. Nec nimia est seueritas uel remissio: ubi nihil erit ligatum nihil solutum nisi quod beatus Petrus aut soluerit: aut ligauerit. Instante autem passione sua que discipulorum erat turbatura constantiā: Simon inqt Simon ecce sathanas expostulauit uos: ut cerneret sicut triticum. Ego autem rogauit pro te ut nō deficiat fides tua. & tu aliqñ cōuersus cōfirma fratres tuos. ut non intreat in temptationē. Cōmune erat omnibus Apostolis periculū de temptacione fortitudinis & diuine ptectiōis auxilio pariter indigebant. Quontiam diabolus omnes exagitare: omnes cupiebat elidere. & tamē specialis a domino Petri cura suscipitur. & pro fide Petri proprie supplicatur. tanquā aliorum status certior sit futurus: si mens principis uicta nō fuerit. In Petro ergo omniū fortitudo munitur. & diuine gratie ita ordinat auxiliū: ut firmitas que per Xpm Petro tribuit: p Petrū Apostolis conferat. Cū itaq; Dilectissimi nostri tantū nobis uideamus p̄sidiū diuinitus institutum rationabiliter & iuste iudicis nostri meritis & dignitate letamur. gratias agentes sempiterno Regi redemptori nostro dño Iesu Xpo q tantā potentiā dedit ei: quē totius Ecclesie Principē fecit: ut siqd etiā nostris pibus recte p nos agit: recteq; disponitur: illius operibus illius sit gubernaculis deputandū: cui dictum est: Et tu conuersus cōfirma fratres tuos. & cui post resurrectionem suā ad trinam eterni amoris professionē mystica insinuatiōe ter dixit: Pafce oues meas. Quod nunc quoq; pculdubio facit: & mandatum domini pius pastor exequitur: cōfirmans nos cohortationibus suis & pro nobis orare nō cessans: ut nulla temptatione superemur. Si autem hanc pietatis sue curam omni populo dei sicut credendum ē: ubiq; p̄tēdit: quantomagis nobis alumnis suis opem suam dignatur impendere: apud quos in sacro dormitionis thoro eadem q̄ presidet carne requiescit. Illi ergo hunc seruitutis nostre natalicium diē illi ascribamus hoc festum: cuius patrocinio sedis ipsius meruimus esse cōsortes. auxiliāte nobis p oīa gratia dñi nostri Iesu Xpi q uiuit & regnat cū deo patre & spiritu sancto in secula seculoz Amē.

De collectis eiusdem sermo Primus.

Ultis diuinarum scripturarum testimonius edocemur: quantum elemosinarum meritum & quanta sit uirtus. Certum est enim unumquemque nostrum anime sue benefacere: quotiens misericordia sua inopie succurrit aliene. Prompta ergo & facilis Dilectissimi apud nos largitas esse debet: si credimus sibi unumquemque id prestare: quod indigentibus tribuit. Thesaurum enim suum condit in celo qui Christum pascit in paupere. Benignitatem itaque in hoc & dispensationem diuine pietatis agnosce. Idcirco enim te abundare uoluit: ut per te alius non egeret. & per ministerium operis tui pauperem ab egestatis labore teque a peccatorum multitudine liberaret. o mira prudentia creatoris: ut uno facto duobus uellet esse succursum. Ventura igitur dominica dies collectarum futura est. Hortor & moneo sanctitatem uestram: ut singuli quisque & pauperum memineritis. & uestri. & per possibilitate uirium uestrarum intelligatis in egentibus Christum qui tantum nobis pauperes commendauit: ut se in ipsis uestri ac suscipi testaretur et pasci Christus deus noster qui cum patre & sancto spiritu uiuit et regnat in secula seculorum Amen.

De collectis eiusdem sermo Secundus.

Notum uobis Dilectissimi & familiare mandatum pastorali predicamus horratu. ut in opere misericordie studeatis esse deuoti. Quod etiam si nunquam a uestra sanctitate negligitis: nunc tamen promptius est & impensius exequendum. quia primus collectarum dies saluberrime a sanctis patribus institutus hoc exigat: ut unusquisque put uotiuum atque possibile est: in usus atque elemosinam pauperum de uestris facultatibus conferatis. Scientes preter illud regenerationis lauacrum in quo uniuersorum ablute sunt macule peccatorum: hoc remedium infirmitati humane esse donatum: ut siquid culparum in hac terrena habitatione contrahit: elemosinis deleatur. Elemosine. n. opera caritatis sunt. & scimus quod caritas operit multitudinem peccatorum. Proinde Dilectissimi in secundam feriam spontaneas collectas uestras sollicitè preparate: ut quicquid uobis de temporalibus substantiis dempseritis: id multiplicatum in eterna retributione sumatis.

De collectis eiusdem sermo Tertius.

Christi aequi preteritis est Dilectissimi ut que Apostolicis sunt traditionibus instituta: perseveranti deuotione seruentur. Nam

*noto ad 407. Co.
2. u. 10. Co. mil.*

illi beatissimi discipuli ueritatis hec diuinitus inspirata cōmendauere doctrina: ut quotiens ceetas paganorum in superstitionibus eorum esset intentior: tunc precipue populus dei orationibus & operibus pietatis instaret. Quoniam immūdi spiritus quantū gentiliū errore letant: tantum uere religiōis obseruantia atteruntur. & augmēta iusticie urunt impietatis autorem. cuius impia & prophana cōmēta beatus magister gentium precauebat: cū uoce Apostolica diceret: Nolite iugum cū infidelibus ducere. que enim participatio iusticie cum iniquitate? aut que societas lucis ad tenebras: & deinde uocem prophetici spiritus addidit dicens: Exite exite de medio eoz. & separamini dicit dominus. & immundum ne tetigeritis. Vnde quoniā ad destruendas antiqui hostis insidias in die quo impii sub idolorum suoz nomine diabolo seruebant: prouidentissime in sancta Ecclesia prima est instituta collectio: uolumus dilectionem uestram tertia feria per omnes regionum uestrarum Ecclesias cum uoluntariis oblationibus elemosinarum conuenire. in quo opere & si non est oīm equalis facultas: debet esse par pietas. quoniā fidelium largitas non de muneris pensat pōdere: sed de beniuolentie quātitate. Habeāt in hoc misericordie cōmercio etiam pauperes lucrum. & ad sustentationem egentium de quantacūq; substantia aliquid: quod eos nō contristet: excerpāt. Sic diues munere copiosior: dum paup aīmo non sit inferior. Quauis enim maior speretur redditus de maiore semente: pōt tñ de exigua satione multus fructus puenire iusticie: Iustus est enim iudex noster. & uerax. q neminē fraudat mercede meritoz. Et ideo nos curā pauperū uult habere: ut in future retributionis examine misericordibus quā pmisit: misericordiā largiat Xpus deus noster. qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De collectis & elemosina eiusdem sermo Quartus.

Misericordia Dilectissimi & iusticia dei formam retributionum suarum a mundi constitutione dispositam per doctrinam dñi nostri Iesu Christi benignissima nobis expositione referauit: ut acceptis rerum significationibus que futura credimus: tanquam gesta nosceremus. Sciebat enim redemptor noster atq; saluator quantos fallacia diaboli per totum mundum sparsisset errores. & quoniam multis superstitionibus maximam sibi partem humani generis subdidisset. Sed ne ultra per ignorantia ueritatis creatura ad imaginē dei condita in precipitia perpetue mortis agere: euāgelicis paginis

iudici sui inseruit qualitatē que omnē hominē a callidissimi hostis reuocaret insidus: cum iam nulli esset incognitū: que bonis sperāda premia: & que malis essent inferenda supplicia. Incentor nanq; ille autorq; peccati primū supbus ut caderet: deinde inuidus ut noceret quia in ueritate non stetit: totam uim suam in mēdacio collocauit. Omniaq; deceptionum genera de hoc uenenatissimo artis sue fonte produxit: ut ab illo bono quod ipse propria elatione perdidit: spem humane deuotionis excluderet. Eosq; in consortiū dānatiōis sue traheret: ad quorū ipse reconciliationem pertinere nō posset. Quicquid igitur hominū qbuslibet impietatibus lesit huius fraude traductum: huius est nequicia deprauatum. Facile enim in omnia flagicia impulit: quos religione decepit. Sciēs autem deum nō solū uerbis sed etiam factis negari: multis quibus auferre non potuit fidē sustulit caritatem: & agro cordis ipsorum auaricie radicibus occupato spoliavit fructu operum: quos nō priuauit cōfessiōe labioꝝ. Propter has ergo Dilectissimi uersutias hostis antiqui scire nos uoluit ineffabilis benignitas Christi: quid in die retributiōis de uniuersitate hominum esset decernendū: ut dū in hoc tēpore legitimoꝝ remediorum medicina prebetur: dum elisis reparatio non negatur. & qui diu fuerunt steriles: possint tandem esse fecundi. Preueniatur disposita censura iusticie. & nūq̄ a cordis oculis diuine districtiōis imago discedat. Veniet ergo in maiestatis sue gloria dominus: sicut ipse predixit. aderitq; cum eo radians in splendoribus suis innumera angelicarum multitudo legionum. Congregabuntur ante thronum potentie eius omnium gentium populi & quicquid hominū uniuersis seculis toto orbe terrarum progenitum est: in conspectu iudicantis astabit. Separabūtur ab iniustis iusti: a nocentibus innocentes: & cum preparatum sibi regnū recensitis misericordie opibus filii pietatis acceperint: exprobrabitur duricia sterilitatis iniustis: & nihil habentes sinistri commune cum: dextris in ignem ad diaboli & angelorum eius tormenta dispositum omnipotentis iudicis damnatione mittentur. cum illo habituri pene communionem: cuius elegerunt facere uoluntatem. Quis igitur istam sortem eternorum cruciatuum non pertimescat? Quis mala nunquam finienda non timeat? sed cum ideo denuntiata sit seueritas: ut misericordia quereretur: in diebus presentibus cum misericordie est largitate uiuēdū ut homini post periculosam negligentiam ad pietatis opera reuertēti possibile sit ab hac sententia liberari. Hoc enī agit potentia iudicis hoc gratia Saluatoris ut relinquat impius uias suas & ab iniquitatis

9
sue consuetudine discedat. misereantur pauperum: qui sibi uolunt
parcere Christum. faciles sint in alimenta miserorum: qui cupiunt
ad societate peruenire fidelium. Non sit uilis homini homo. nec in
quoq̄ despiciatur illa natura: quam rerum conditor suam fecit. cui
enim laborantium licet negare: quod Christus sibi profiteat impedi.
Iuuatur conseruus: & gratia refert dominus. Cibus egeni regni ce/
lestis est precium. & largitor temporalium heres efficitur eternorum.
Vnde aut̄ exigua ista impedia tanta estimari taxatione meruerunt
nisi quia pondera operum caritatis lance pensantur? & cum amat
ab homine: quod deus diligit merito in eius ascenditur regnum in
cuius transitur affectum. Ad horum ergo operum Dilectissimi pia
curam dies nos Apostolice institutionis inuitat: in quo sanctorum
collectionum prima collatio est prudenter a patribus & utiliter or/
dinata: ut quia in hoc tempore gentilis quondam populus supersticiosus
demonibus seruebat: contra phanas hostias impiorum sacratissima
nostrarum elemosinarum celebraretur oblatio. Quod quia incrementis
Ecclesie fructuosissimum fuit: placuit esse perpetuum. Vnde hortamur
sanctitatem uestram ut per Ecclesias regionum uestrarum quarta feria
de facultatibus uestris quantum suadet possibilitas & uoluntas: ad
expensas misericordie conferatis. ut possitis illam beatitudinem permereri:
in qua sine fine gaudebit: qui intelligit super egenum & pauperem.
Ad quem intelligendum est Dilectissimi sollicita benignitate uigilandum:
ut quem modestia tegit: & uerecundia impedit: inuenire possimus. Sunt
enim qui palam poscere ea quibus indigent: erubescunt: & malum miseria
tacite egestatis affligi: quam publica petitione confundi. intelligendi ergo
isti sunt: & ab occulta necessitate subleuandi: ut hoc ipso amplius gau/
deant: cum & paupertati eorum consultum fuerit: & pudori. Recte. n. in
egeno & paupe ipsius Iesu Christi domini nostri persona sentit. Quonia cum
esset diues: sicut dicit Apostolus: inops factus est: ut nos sua paupertate
ditaret. & ne deesse sui presentiam uideret: ita humilitatis & glorie sue
reperauit mysterium: ut quem Regem & dominum in maiestate patris ado/
ramus: eundem in suis pauperibus pasceremus. liberandi ob hoc in
die mala a damnatione perpetua & pro intellecti pauperis cura
regni celestis consortis inserendi. Vt autem in omnibus Dilectissimi
placeat domino uestra deuotio etiam ad hanc uos hortamur indu/
ctiam: ut Manicheos ubicunque latentis uestris presbyteris publicetis.
Magna est enim pietas prodere latebras impiorum. & ipsum in eis
cui seruiunt diabolum debellare. Contra istos enim Dilectissimi omnem
quidem orbem terrarum & totam ubique Ecclesiam licet fidei arma

arripere. Sed uestra in hoc opere deuotio debet excellere: qui in progenitoribus uestris Euangelium crucis Christi ab ipso beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli ore didicistis. Non sinant latere homines qui legem per Moysen datam in qua deus uniuersitatis conditor ostenditur: recipendam esse non credunt prophetis & sancto spiritui contradicunt. psalmos Dauidicos qui per uniuersalem Ecclesiam cum omni pietate cantantur: danabili impietate ausi sunt refutare. Christi domini natiuitatem secundum carnem negant. Passionem et resurrectionem eius simulatam dicunt fuisse: non ueram. baptismum regenerationis totius gratie uirtute despoliant. Nihil est apud eos sanctum. nihil integrum. nihil uerum. Cauendi sunt: ne cuiquam noceant: prodendi sunt: ne in aliqua ciuitatis nostre parte consistant. Vobis dilectissimi ante tribunal domini proderit: quod indicimus: quod rogamus. dignum est enim ut elemosinarum sacrificio & huius operis palma iungatur. auxiliante nobis per omnia domino Iesu Christo: qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De collectis & elemosinis eiusdem sermo Quintus.

Apostolice traditionis dilectissimi instituta seruantes pastoralis uos sollicitudine cohortamur. ut diem quem illi ab impiorum superstitione purgatum misericordie operibus consecrarunt: deuotione religiose consuetudinis celebremus. ostendentes apud nos autoritatem patrum uiuere: eorumque doctrinam in nostra obedientia permanere. Quoniam sancta tante constitutionis utilitas non preterito tantum tempore sed etiam nostre prospexit etati: ut quod illis profuit ad destructionem uanitatum hoc nobis proficeret ad incrementa uirtutum. Quid autem tam aptum fidei quod tam conueniens pietati: quam egentium iuuare paupertatem: infirmorum curam recipere: fraternis necessitatibus subuenire & conditionis proprie in aliorum laborare meminisse. in quo opere quantum quis possit: quantumque non possit: solus ueraciter ille discernit: qui nouit quod quibusque contulerit. Non solum enim spirituales opes & dona celestia deo donante capiuntur: sed etiam terrene & corporee facultates ex ipsius largitate perueniunt. ut merito rationem earum quesiturus sit: que non magis possidenda tradidit: quam dispensanda commisit. Muneribus igitur dei iuste & sapienter utendum est: ne materia boni operis fiat causa peccati. Nam diuitie quidem quantum ad ipsas species earum atque substantias pertinet bone sunt. & humane societati plurimum profunt: cum a beniuolis habentur et largis. nec illas aut luxuriosus prodigit. aut auarus abstrudit. ut tam pereant male condite: quam insipienter expense. Quamuis autem laudabile sit

10

intemperantiam fugere: & turpium uoluptatum damna uitare: multiq; magnifici dedignent facultates suas occulere & inter copias affluentes uilem atq; sordentem horreant paritatem: nō est tamē taliū aut felix abundantia aut probanda frugalitas: si ipsi tm̄ proprie opes seruiunt: si eorum bonis nulli iuuantur paupes: nulli fouentur infirmi. si de magnarum abundantia facultatum non captiuus redemptionem: non peregrinus solatiū: non exsul sentit auxiliū. Huiusmodi diuites egētioreſ sunt omnibus egenis perdūt enim illos redditus: quos possunt habere perpetuos. & dū breui nec semper libero incubant usui: nullo iusticie cibo nulla misericordie suauitate pascuntur. foris splendidi. intus obscuri. abundantes temporalium. inopes eternorum. quia ipsi anīas suas fame afficiunt: et nuditate debonestant: qui de uis que terrenis horreis commendarunt: nihil thesauris celestibus intulerunt. Sed forte sunt aliqui diuitum: qui licet nullis largitionibus pauperes Ecclesie solent adiuuare: alia tamen mandata dei custodiant: & inter diuersa fidei & probitatis merita ueniabiliter sibi estimant unam deesse uirtutem. Verum hec tanta est: ut sine illa cetera & si sint: prodesse nō possint. Quauis enim quis fidelis sit & castus & sobrius & aliis moribus ornatus insignibus: misericors tamen si non est: misericordiam non meretur. Ait enim dominus. Beati misericordes quoniam ipsorum miserebitur deus. Cum autē uenerit filius filius hominis in maiestate sua: & sederit in throno glorie sue: & cōgregatis omnibus gentibus bonorum & maloꝝ fuerit facta discretio: in quo laudabuntur: qui ad dextram dei stabunt: nisi in operibus beniuolentie & caritatis officis que Iesus sibi impensa reputabit. quoniam qui naturam hominis suam fecit: in nullo se ab humilitate discreuit. Sinistris uero qd obicieē: nisi neglectus dilectiōis? duricia inhumanitatis? & pauperibus misericordia denegata? quasi nec alias uirtutes dextri: nec alias offēsiōes habeāt sinistri. **S**ed illo magno summoq; iudicio tanti estimabitur uel largitatis benignitas: uel tenacitatis impietas: ut pro plenitudine omnium uirtutum & pro summa omnium cōmissorum & per unū bonum isti introducātur in regnum: & p unum malū illi mittāē in ignem eternū. Nemo igitur dilectissimi de ullis sibi bone uite meritis blādiatur: si illi defuerint opa caritatis. nec de sui corporis puritate securus sit qui nulla elemosinarum purificatiōe mūdat. Elemosine enim peccata delēt. mortem perimunt. & penā ppetui

ignis extinguit. Sed qui ab earum fructu fuerit uacuis: erit ab indulgentia retribuētis alienus: dicente Salomone: Qui obturat aures ne audiat imbecillum: & ipse uocabit dominum: & nō erit: qui exaudiat eū. Vnde & Thobias filium suum preceptis pietatis instruēs: ex substantia inqt tua fac elemosinam. & noli auertere faciē tuam ab ullo paupe. ita fiet: ut nec a te auertatur facies dei hec uirtus omnes facit utiles esse uirtutes. que ipsam quoq; fidē ex q̄ iustus uiuit: & que sine opibus mortua nominat: sui admixtiōe uiuificat: quia sicut in fide est operum ratio: ita in operibus fides fortitudo. Dū ergo tēpus habemus: sicut ait Apostolus: operemur bonum: maxime autē ad domesticos fidei. bonū autē facientes non deficiamus. tempore enim suo metemus. Presens itaq; uita tempus est satiōis. & retributionis tēpus est messis. quādo unusq;q; seminū fructus scdm sationis sue percipiet quantitatem. De puentu autē istius segetis nemo fallēt: q̄a ai moꝝ ibi magis q̄ impēdiōꝝ mēsurā taxabit. & tm̄ reddēt exigua de exiguis: q̄tū magna de magnis. & ideo dilectissimi satissiat apostolicas institutis. & q̄a die dōmica prima est futura collectio: omēs uos deuotiōi uolūtariē prepare: ut unusquisq; scdm sufficientiā habeat in sacratissima oblatione confortiū. Exorabūt pro uobis & ipse elemosine & u qui uestris muneribus iuuabunt: ut ad omne opus bonū idonei semper esse possitis ī X̄po Iesu dño nostro: q̄ uiuit & regnat ī secula seculōꝝ Amen.

De collectis sermo eiusdem Sextus.
Et de ieiunio decimi mensis primus.

SI fideliter dilectissimi atq; sapienter creatiōis nostre intelligamus exordiū: inueniemus hominem ideo ad imaginem dei conditū ut imitator sui esset autoris. & hanc esse naturalē nostri generis dignitatē: si in nobis q̄si in quodā speculo diuine benignitatis forma resplendeat. ad quam quotidie nos utiq; repat gratia Saluatoris: dū qđ cecidit in Adā primo: erigit in secūdo. Causa autē repatiōis nostre nō est nisi misericordia dei. quē nō diligemus: nisi prius nos ipse diligeret: & tenebras ignorantie nostre sue ueritatis luce discuteret. qđ per sanctū Esaiā dñs denunciāns ait: Adducam eos per uiam: quā ignorabāt. & semitas q̄s nesciebāt: faciā illos calcare: & nō relinquā eos. Et itē: Inuētus sū inqt: a nō querētib; me & palā apparui us: q̄ me nō interrogabant. qđ

11

quomodo impletum sit: Iohannes Apostolus docet: dicens: Scimus quoniam
filius dei uenit: & dedit nobis sensum: ut cognoscamus uerum. & scimus
in uero filio dei eius. Et iterum. Nos ergo diligamus deum: quoniam
ipse prior dilexit nos. Diligendo itaque nos deus ad imaginem suam
nos reparat. & ut in nobis formam sue bonitatis inueniat: dat
unde ipsi quoque quod operatur: operemur. accendens scilicet mentium
nostrarum lucernas: & igne nos sue caritatis inflammas: ut non solum
ipsum sed etiam quicquid diligit: diligamus. Nam si inter homines ea demum
firma amicitia est: quam morum similitudo sociat: cum tamen paritas
uoluntatum sepe in reprobos tendit affectus. quantum nobis optatum
atque intendendum est: ut in nullo ab usque que deo sunt placita: discre-
pemus? de quo dicit Propheta. Quoniam ira in indignatione eius. &
uita in uoluntate eius: quia non aliter in nobis erit dignitas diuine
maiestatis: nisi imitatio fuerit uoluntatis. dicente itaque domino. Diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo & ex tota mente tua & diliges
proximum tuum sicut teipsum: Suscipiat fidelis anima autoris sui atque rec-
toris immarcescibilem caritatem. totaque se etiam eius subiiciat uoluntati:
in cuius operibus atque iudiciis nihil uacat a ueritate iusticie. nihil a
misericordie clementie. quoniam & si magnis quibus laboribus & multis fatigetur
incommodis: bona est illa causa tolerandi: quam se aduersis uel corrigi
intelligat: uel probari. Caritatis uero istius pietas perfecta esse non
poterit: nisi diligat & proximus. Quo nomine non uel tamen intelligendi
sunt: quia nobis amicitia & propinquitate iungunt. Sed omnes prorsus homines
cum quibus nobis natura communis est. siue illi hostes sint siue fori. siue
liberi. siue serui. unus enim nos conditor finxit. unus nos creator
animauit. eodem circumacti celo & aere usdem fruimur diebus & nocti-
bus. Cumque alii sint boni alii mali alii iusti alii iniusti: deus tamen
omnibus largitor omnibus est benignus: sicut Lycaonius a Paulo &
Barnaba Apostolis dicit de prouidentia dei quae in praeteritis generatio-
bus dimisit omnes gentes ingredi uias suas. & quod non sine testimonio
semetipsum reliquit benefacere eis. de celo datur pluuiam & terra fructifera
& implens cibo & iusticia corda nostra. Dedit autem nobis maiores
diligendi proximum causas Christiane gratie latitudo. quae se per omnes
partes totius orbis extendens dum neminem despectat: docet neminem
negligendum. & merito etiam inimicos diligere: & pro persecutoribus
sibi precipit supplicari. Qui ex omnibus quotidie generibus fractis
oluae suae ramis germen inserens oleastri. De inimicis reconciliatos
de alienis adoptiuos: de impiis facit iustos: ut omne genua flectat

ignis extinguit. Sed qui ab earum fructu fuerit uacuis: erit ab indulgentia retribuente alienus: dicente Salomone: Qui obturat aures ne audiat imbecillum: & ipse uocabit dominum: & non erit: qui exaudiat eum. Vnde & Tobias filium suum preceptis pietatis instruens: ex substantia inquit tua fac elemosinam. & noli auertere faciem tuam ab ullo paupe. ita fiet: ut nec a te auertatur facies dei hec uirtus omnes facit utiles esse uirtutes. que ipsam quoque fide ex qua iustus uiuit: & que sine opibus mortua nominatur: sui admixtione uiuificat: quia sicut in fide est operum ratio: ita in operibus fidei fortitudo. Dum ergo tempus habemus: sicut ait Apostolus: operemur bonum: maxime autem ad domesticos fidei. bonum autem facientes non deficiamus. tempore enim suo metemur. Presens itaque uita tempus est satisfactionis. & retributionis tempus est messis. quando unusquisque seminum fructus secundum sationis sue percipiet quantitatem. De puentu autem istius segetis nemo falleret: quia animorum ibi magis quam impedimentorum mensura taxabitur. & tamen reddet exigua de exiguis: quantum magna de magnis. & ideo dilectissimi satisfiat apostolicis institutis. & quia die dominica prima est futura collectio: omnes uos deuotioni uoluntarie prepare: ut unusquisque secundum sufficientiam habeat in sacratissima oblatione confortium. Exorabunt pro uobis & ipse elemosine & u qui uestris muneribus iuuabuntur: ut ad omne opus bonum idonei semper esse possitis in Christo Iesu domino nostro: qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De collectis sermo eiusdem Sextus.
Et de ieiunio decimi mensis primus.

SI fideliter dilectissimi atque sapienter creationis nostre intelligamus exordium: inueniemus hominem ideo ad imaginem dei conditum ut imitator sui esset autoris. & hanc esse naturalem nostri generis dignitatem: si in nobis quasi in quodam speculo diuine benignitatis forma resplendeat. ad quam quotidie nos utique reparat gratia Saluatoris: dum quod cecidit in Adam primo: erigitur in secundo. Causa autem reparationis nostre non est nisi misericordia dei. quem non diligemus: nisi prius nos ipse diligeret: & tenebras ignorantie nostre sue ueritatis luce discerneret. quod per sanctum Esaiam dominus denuncians ait: Adducam eos per uiam: quam ignorabant. & semitas quas nesciebant: faciam illos calcare: & non relinquam eos. Et iterum: Inuentus sum inquit: a non querentibus me & palam apparui uis: qui me non interrogabant. quod

11

quomodo impletum sit: Iohannes Apostolus docet: dicens: Scimus quoniam
filius dei uenit: & dedit nobis sensum: ut cognoscamus uerum. & scimus
in uero filio dei eius. Et iterum. Nos ergo diligamus deum: quoniam
ipse prior dilexit nos. Diligendo itaque nos deus ad imaginem suam
nos reparat. & ut in nobis formam sue bonitatis inueniat: dat
unde ipsi quoque quod operatur: operemur. accendens scilicet mentium
nostrarum lucernas: & igne nos sue caritatis inflammas: ut non solum
ipsum sed etiam quicquid diligit: diligamus. Nam si inter homines ea demum
firma amicitia est: quam morum similitudo sociat: cum tamen paritas
uoluntatum sepe in reprobos tendit affectus. quantum nobis optatum
atque intendendum est: ut in nullo ab eis que deo sunt placita: discre-
pemus? de quo dicit Propheta. Quoniam ira in indignatione eius. &
uita in uoluntate eius: quia non aliter in nobis erit dignitas diuine
maiestatis: nisi imitatio fuerit uoluntatis. dicente itaque domino. Diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo & ex tota mente tua & diliges
proximum tuum sicut teipsum: Suscipiat fidelis anima autoris sui atque rec-
toris immarcescibilem caritatem. totaque se etiam eius subiiciat uoluntati:
in cuius operibus atque iudiciis nihil uacat a ueritate iusticie. nihil a
misericordie clementie. quoniam & si magnis quibus laboribus & multis fatigetur
incommodis: bona est illa causa tolerandi: que se aduersis uel corrigi
intelligat: uel probari. Caritatis uero istius pietas perfecta esse non
poterit: nisi diligat & proximus. Quo nomine non uel tamen intelligendi
sunt: qui nobis amicitia & propinquitate iungunt. Sed omnes prorsus homines
cum quibus nobis natura communis est. siue illi hostes sint siue socii. siue
liberi. siue serui. unus enim nos conditor finxit. unus nos creator
animauit. eodem circumacti celo & aere usdem fruimur diebus & nocti-
bus. Cumque alii sint boni alii mali alii iusti alii iniusti: deus tamen
omnibus largitor omnibus est benignus: sicut Lycaonius a Paulo &
Barnaba Apostolis dicitur de prouidentia dei qui in preteritis generatio-
nibus dimisit omnes gentes ingredi uias suas. & quod non sine testimonio
semetipsum reliquit benefacere eis. de celo datur pluuiam & terra fructifera
& implens cibo & iusticia corda nostra. Dedit autem nobis maiores
diligendi proximum causas Christiane gratie latitudo. que se per omnes
partes totius orbis extendens dum neminem despectat: docet neminem
negligendum. & merito etiam inimicos diligere: & pro persecutoribus
sibi precipit supplicari. Qui ex omnibus quotidie generibus fractis
olue sue ramis germen inserens oleastri. De inimicis reconciliatos
de alienis adoptiuos: de impiis facit iustos: ut omne genua flectat

IN dominico agro dilectissimi cuius operari sumus: oportet nos prudenter atq; uigilanter spiritalem exercere culturam. ut perseueranti industria que legitimis tēporibus sūt exequenda curantes: de s̄ctorum operum fruge letemur. Que si pigro otio & inerti desidia negligantur: terra nostra nihil generosi germinis pariet. & spinis ac tribulis subdita non p̄ducat: que cōdenda sint horreis: sed que urenda sint flammis. Ager autem iste dilectissimi rorante desuper gratia dei fide munit. ieiunius exercet. elemosinis feritur. orationibus fecundatur. ut inter plantatiōes rigationesq; nostras nullius amaritudinis radix pullulet. nec se incrementa cuius q̄ noxie stirpis attollāt. sed enecato omni semine uitioꝝ cōualescat seges leta uirtutum. Ad quam diligentia omni quidem nos tēpore pietatis magister: adhortatur: sed in his diebus qui huic opi sunt specialius instituti maior aīositas & cura est excitāda feruētior: ne qđ piū est agere nō indictum: impium sit negligere p̄dicatū. Decimi itaq; mensis ieiunium ad qđ caritatem uestram religioso p̄posito nouimus p̄patā: unanimiter auxiliāte X̄po celebrādū. Hortamur: monentes ut unusquisq; scđm mēsram possibilitatis quā accepit a deo in bonis opibus enitescat. quia & inimici nostri qui nostra sanctificatiōe torquent: in his diebus quos ad maiorē obseruantiam nobis dispositos esse nouerunt: uehemētius seuiunt. & subtiliore insidiantur astutia. ut alius imittendo metum inopie de largitatis expensis: alius imittendo tristitiā de labore ieiunii: q̄ plurimos a consortio huius deuotionis abducant. Contra quas temptationes dilectissimi uigilet in nobis pi cordis intentio. Et a X̄pianis mentibus cogitationes diffidentie repellāt. Modicum est enim qđ paup̄i satis est. nec uictus illius nec uestitus onerosus ē. uile. n. ē: qđ esurit. uile ē: qđ sitit. & nuditas que idiget operiri: nō poscit ornari. & tñ dñs noster tā pius opoz; nostroz; arbiter tam benignus est estimator: ut etiā p calice aque frigide sit p̄miū redditurus. & quia iustus inspector est animoz;: nō impēdiū solū operis sed etiam affectū est remuneraturus operantis. Per X̄pm dñm nostrū.

¶ De ieiunio decimi mensis & de elemosinis eiusdem. Sermo quartus.

Confidenter uos dilectissimi ad opa pietatis hortamur. quia experimētis didicimus libēter uos suscipere: quod monemus.

Scitis nanq; & deo docente cognoscitis ad eternum uobis gaudiu
 profuturam diuinorum obseruantiam mandatorum. In quibus
 exequendis quia humana fragilitas plerūq; lassescit: & in multis p
 lubricum sue infirmitatis offendit: misericors & pius dñs remedia
 nobis & adiutoria dedit: per que ueniā obtinere possimus. Quis
 enī tot illecebras mundi tot insidias diaboli tot deniq; pericula sue
 mutabilitatis euaderet: nisi clementia eterni regis mallet nos re/
 parare: q̄ perdere? Nam & qui iā redēpti iā regenerati filii lucis
 effecti sunt: q̄diu tñ in hoc mundo qui totus in maligno positus
 est: retinēt: q̄diu infirmitati carnis corruptibilia & tpalia blādiūt:
 non possunt istos dies sine trepidatione transire. nec facile puenit
 cuiq̄ tam incruenta uictoria: ut inter multos hostes frequentesq;
 conflictus etiam si sit liber a morte sit quoq; immunis a uulnere.
 Curandis igit̄ lesiōibus: quas sepe incidunt: q̄ cum inuisibili hoste
 confligunt: trium maxime remediorum est adhibenda medicina:
 in oratiōis instantia: in castigatiōe ieiunii: in elemosine largitate:
 que cū pariter exercent: deus propitiatur. culpa delet. tēptator
 elidit. Ex us quidem presidus semper fidelis anima debet accingi.
 sed tunc studiosius preparari: cum u adsunt dies: qui proprie sūt
 ad hec pietatis officia prestituti: de quoz numero est: etiā decimi
 huius mensis solemne ieiunium: quod non ideo negligendū ē: qa
 de obseruātia ueteris legis assumptū est: tanq̄ hoc de illis sit: que
 inter discretionēs ciborum inter baptismatum differential & auū
 pecudumq; hostias esse destiterunt. Illa enim que rerum futuraz
 figurat gerebāt: impletis que significauere: finita sunt. Ieiunioz
 uero utilitatem noui testamenti gratia non remouit. & cōtinētiā
 corporum animiq; semper profuturam pia obseruatiōe suscepit:
 quoniam sicut permanet apud intelligētiam Xpianam: dominū
 deum tuum adorabis: & illi soli seruiet: & diliget proximum tuum
 sicut teipsum: & cetera talium mandatoz: ita qđ in eisdē libris de
 ieiunioz sanctificatiōe & curatiōe p̄ceptū est: nulla interptatiōe
 uacuat. In omī. n. tēpore in omniq; uita huius seculi ieiunia nos
 contra peccata faciunt fortiores. ieiunia concupiscētiā uincunt.
 temptationes repellūt. superbiā inclināt. iram mitigāt. & omnes
 bone uolūtatis affectus ad maturitatem totius uirtutis enutriūt.
 si tñ in solietatē sibi beniuolentiā caritatis assumāt. & in opibus
 misericordie se prudenter exercent. Ieiuniū. n. sine elemosina nō
 tā purgatio anime q̄ carnis afflictio est. magisq; ad auariciam q̄

ad cōtinētiā referēdū ē: qñ aliq̄ sic a cibo abstinet: ut etiā a pietate abſtineat. Noſtra ergo ieiunia dilectiſſimi abūdēt fructibus largitatis. & in pauper̄ Xpi benigniſ ſint ſecunda muneribus. nec tardent̄ in hoc ope mediocres: q̄a parū ſit: qđ poſſint de ſua facultate decerpe. Nouit dñſ oīm uires. & ſcit iuſtus inſpector de q̄ mēſura qſq; qđ tribuat. diſſimiles qđē ſubſtātie ſimiles erogatiōes habere nō poſſūt. ſed equat̄ plerūq; merito: qđ diſtat impēdio. q̄a poteſt eſſe par animus etiam ubi impar eſt ſēſus. Hec itaq; ut adiuuāte deo pia deuotiōe curēt̄: q̄rta & ſexta feria ieiunemus. Sabbato uero apud beatū Petrū Apoſtolū uigiliās celebremus: cuius oratiōibus adiuuari in oībus miſericordiā dei mereamur.

De ieiunio decimi menſis & de elemoſinis eiſdem. Sermo quintus.

Sublimateſ quidem dilectiſſimi gratie dei hoc quidē opat̄ in cordibus Xpiāniſ: ut omne deſideriū noſtrum a terreniſ ad celeſtia tranſſerat̄. Sed & preſent̄ uita per creatoriſ opem ducit̄: & p̄ ipſiuſ p̄uidētiā ſuſtinet̄: q̄a idē eſt largitor t̄paliū q̄p̄miſſor eſt eternoꝝ. ſicut enim pro ſpe felicitatiſ ad quā p̄ fidē currimus: gratiaſ deo agere debemus: quod ad p̄ceptionē tāte p̄parationiſ euehimur: ita pro uſ quoq; commodiſ que ſingulorum annorum reuolutiōe conſequimur: deus a nobiſ honorandus atq; laudādus eſt: qui ſic terre fecūditatē ab initio dedit: ſic pariendoꝝ fructuū legē in quibuſcunq; germinibus & ſeminibus ordinauit: ut nunq̄ ſua inſtituta deſereret. ſed in rebus conditiſ benigna cōditoriſ admiſtratio p̄maneret. q̄cqd ergo ad uſuſ hominum ſegeteſ uinee oleeq; peperint: totū hoc diuine bonitatiſ largitate p̄fluxit: que elemētoꝝ q̄litate uariata dubioſ agricolarum laboreſ clementer adiuuit. ut utilitatibus noſtriſ uenti & nubes frigora & eſtuſ dieſ nocteſq; ſeruirent. Nō enim ſibi ad effectus opeꝝ ſuoꝝ humana ratio ſufficeret: niſi plātatiōibus & uegetatiōibus ſolitiſ dominuſ cremēta p̄beret. Vnde plenum pietatiſ & iuſticie eſt: ut de uſ que nobiſ celeſtiſ pater miſericorditer cōtulit: noſ quoq; alioſ iuuemuſ. Sūt. n. plurimi: q; nullā habēt portionē: quoꝝ inopie de ea quā dñſ dedit copia: cōſulēdū ē. ut & ipſi nobiſcū deo p̄ terre fecūditate bñdicāt. & gaudeāt poſſidētibuſ eē donata: que etiā paup̄ibuſ ac p̄griniſ fuerūt facta cōmunia. felix ē illud horreum: &

14
omniū fructuū multiplicatione dignissimum: de quo egentium & debiliū saturat̄ esuriet. de quo releuat̄ pegrini necessitas. de quo desiderium fouet̄ infirmi. Quos ideo sub diuersis molestis iusticia dei laborare permisit: ut miseris pro patiētia & misericordes pro beniuolētia coronaret. Huic aut̄ op̄i dilectissimi cū oīa opportuna sint t̄pa: hoc nūc p̄cipue aptū est atq; cōueniēs: in quo sācti patres nostri diuinitus inspirati decimi mēsis sāxere ieiunium. ut oīm fructuū collectiōe cōclusa rōnabilis deo abstinētia daret̄. & meminisset q̄sq; ita uti abūdātia ut & circa se abstinētor & circa paupes eēt effusior. Efficacissia enī p̄ peccatis deprecatio est in elemosinis. atq; ieiunus. & uelociter ad diuinas cōscendit aures talibus oratio eleuata suffragus. qm̄ sicut scriptū est: aīe sue bñfacit uir misericors. & nihil uniuscuiusq; tam ppriū q̄ qd̄ impendit in pximū. pars enī corpaliū facultatū que indigētibus ministrat̄: in diuitias transit eternal. & ille opes de hac largitate pariunt̄: que nullo usu minui nulla poterūt corruptione uiolari. Beati autem misericordes: qm̄ ipsoꝝ miserebit̄ deus. & ipse erit illis sūma p̄mu q̄ est forma p̄cepti. Inter hec aut̄ dilectissimi opa pietatis que nos deo magis magisq; cōmēdāt: dubiū nō ē: qn̄ hostis noster nocēdi cupidus & peritus acrioribus inuidie stimulis incitet̄: ut quos aptis & cruētis q̄ secutiōibus ipugnare nō sinet̄: sub falsa X̄piani noīe p̄fessiōe corrūpat. habēt hereticos huic op̄i seruentes: quos a catholica fide deuios sibiq; subiectos militare in castris suis sub diuersis erroribus fecit. Et sicut decipiēdis p̄mis hoībus ministerium sibi serpētis assumpsit: ita eoꝝ linguas ad seducendū eoꝝ animos ueneno sue falsitatis armauit. Sed us insidus dilectissimi pastoralis sollicitudinē inq̄tū dñs auxiliat̄: occurrimus. Et ne qd̄ de scō grege pereat: p̄cauētes paternis uos denūtiatiōibus admonemus: ut labia inq̄ & linguā dolosā a q̄bus aiām suā Propheta liberari postulat declinetis. qm̄ sermo eoꝝ sicut ait bt̄us Apostolus: serpit ut cācer. huīlter irrepūt. blādē capiūt. molliter ligāt. latēter occidūt. ueniūt enī sicut Saluator p̄dixit: sub uestitu ouiuū: intus aut̄ sunt lupi rapaces. q̄a nō possēt ueras & simplices oues fallere: nisi X̄pi noīe tegerēt rabiē bestialē. In us aut̄ oībus op̄at̄ q̄ cum sic uere illuatiōis inimicus: in lucis se angelū trāssigurat. Huius arte Basilides huius Martion callēt ingenio. hoc duce agit̄ Sabellius: hoc p̄cipitat̄ rectore Photinus. huius potestatis fuit Eunomius. Tota deniq; bestiaꝝ talium cohorti hoc p̄side ab Ecclesie unitate

discessit. hoc magistro a ueritate desauit. Sed cū in cūctis puer/
sitatibus multiformē teneat pncipatū: arcē tñ sibi in Manicheoz
struxit insania. & latissimā in eis aulā in q̄ se exultātius iactaret
inuenit. ubi nō unius prauitatis speciē sed omnium simul errorū
impietatiq; mixturam generaliter possideret. qđ enī in paganis
pphanū qđ in Iudeis carnalibus cecū qđ in secretis magice artis
illicitū qđ deniq; in oībus heresibus sacrilegū atq; blasphemū est:
hoc in istos q̄si in sctā quādācū oīm sordū cōcretiōe cōfluxit.
Vnde uniuersas eoz impietates ac turpitudines enarrare plōgū
est. supat enī uerborum copiā criminū multitudo. ex quibus ad
iudicandum pauca sufficiunt: ut de us que audieritis: etiā illa que
uerecūde p̄termittimus: estimetis. De sacris tñ eoz que apud illos
tā obscena sūt: q̄ nephāda: qđ inquisitioni nostre dñs manifestari
uoluit: non tacemus: ne quisq; putet nos de hac re dubie fame &
incertis opinionibus credidisse. Residentibus itaq; mecum Ep̄is
ac Presbyteris ac in eūdē confessū Xp̄ianis uiris ac nobilibus cō/
gregatis electos & electas eoz iussimus p̄sctari. q̄ cū de puerlitate
dogmatū sui & de festiuitatū suaz cōsuetudie multa referarent:
illud quoq; scelus qđ eloq; uerecūdū ē: pdiderūt qđ tāta diligētia
inuestigatū est: ut nihil minus credulis nihil obrectatoribus re/
linqueret ambiguū. aderāt enī oīes psone p̄ q̄s nephādū facinus
fuerat p̄petratū. Puella scilicet ut multū decēnis & due mulieres
que ipsā nutrierāt. & huic sceleri preparāt. p̄sto enī erat adoles/
cētulus uitiator puelle & Ep̄us ipsoz detestādi criminis ordinator
oīm par fuit hoz & una cōfessio. & patefactū est execratum qđ
aures nostre uix ferre potuerūt. De quo ne apertius loquentes
castos offendamus auditus gestoꝝ documēta sufficiūt: quibus ple/
nissime docet: nullā in hac secta pudiciā nullā honestatē nullam
penitus reperiri castitatē. In q̄ lex est mēdaciū. diabolus religio.
sacrificiū turpitudō. hos ideo dilectissimi per oīa execrabiles atq;
pestiferos quos aliaz religionū pturbatio nobis intulit crebriores
ab amicitia uestra penitus abdicare. uosq; p̄cipue mulieres a taliū
noticia & colloquiis abstinere: ne dū fabulosis narrationibus: in/
cautus delectat̄ auditus: in diaboli laqueos incidatis. Qui sciēs qđ
p̄mū uirū mulieris ore seduxerit: & qđ p̄ femineam credulitatem
oīes homies a paradisi felicitate deiecerit: uestro nunc quoq; sexui
securiore insidiat astutia. ut eas quas sibi potuerit p̄ mīstros sue
falsitatis illicere & fide spoliet. & pudore. illud quoq; uos dilectis/
simi obsecrans moneo: ut sicut uestrū innotuit: ubi habitent: uel

*ne sitis hyl
et p̄l r̄nd*

ubi frequētēt: & in quoz societate regescant: nostre sollicitudini fideliter indicent. q̄a prodest unicuiq: qđ p̄tegēte spū scō ab istis ipse non capit: sed cū alios capi intelligit: ipse nō mouet. Contra omnes hostes pro salute oīm una cōmunis debet esse uigilātia. ne alicuius membri uulnere etiā alia possint mēbra corrūpi. & q̄ tales nō prodēdos putāt in iudicio X̄pi inueniant rei de silētio: etiā si nō cōtaminant assensu. Assumite igit̄ religiose sollicitudinis piū zelū. & cōtra seuissios hostes animaz oīm fideiū cura cōsurgat. Ideoq; enim misericors deus quandā nobis p̄tem pdidit hominum noxiōz ut manifesto periculo exataret diligētia cautionis non sufficiat: qđ actū est: sed eadē inq̄sitio p̄seueret: que hoc auxiliante deo cōsequet̄: ut nō solū qui recti sunt: incolumes p̄seuerēt: sed etiam multi qui diabolica seductione decepti sunt: ab errore reuocēt. uestre aut̄ oratiōes & elemosine atq; ieiunia misericordi deo per hāc ipsam deuotionē sacratius afferēt: cū etiā hoc opus fidei ad omnia officia pietatis accesserit. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato aut̄ apud p̄ntē beatissimū Apostolum Petrum uigilias celebremus. Qui sicut exprimur: & credimus: pro cōmēdati sibi ouibus indefinenter pastorales pretendit excubias. exoraturus de p̄catiōibus suis ut Ecclesia dei que ipsius ē p̄dicatiōibus instituta ab omni errore sit libera. p̄ X̄pm dñm nostrum Amen.

De ieiunio decimi mensis & de misericordie operibus eiusdem. Sermo sextus.

Evangelicis sanctiōibus dilectissimi multū autoritatis p̄bēt doctrina legalis cū quedā de mādato ueteri ad nouam obseruātiā transferūt: & ex ipsa ecclesiastica deuotiōe demonstrat̄ qđ dñs Iesus X̄pus nō uenit legē soluere: sed adimplere. cessātibz enim significatiōibus q̄bus Saluatoris nostri nunciabat̄ aduētus: & p̄actis figuris q̄s abstulit ipsa presentia ueritatis ea que uel ad regulas morū uel ad simplicem dei cultū ratio pietatis instituit: in eadē apud nos forma in qua sunt cōdita: p̄seuerant. & que utriq; testamēto erāt cōgrua: nulla sūt cōmutatiōe uariata. Ex us aut̄ est etiam decimi mensis sollēne ieiuniū: qđ a nobis nūc est annua consuetudine celebrandū q̄re plenū iusticie est atq; pietatis grās agere diuine largitati pro fructibus: quos in usus hominū scđm sūme puidencie tēperamentum terra pduxit. Quod ut prompto aīo nos facere monstremus: nō solū cōtinentiam ieiunii sed etiam

elemosinarum curam oportet assumi. ut de terra quoque cordis nostri
germen iusticie & fructus caritatis oriatur. Et misericordiam dei
pauperum ipsius miserendo mereamur. Efficacissima enim est ad exor
randum postulatio: cui pietatis opera suffragantur. quoniam qui suum ab inope
non auertit animum: cito ad se domini conuertit auditum. dicente domino
Estote misericordes. sicut & pater uester misericors est. Dimittite
& dimittet uobis: quid hac iusticia benignius? Quid hac retribu
tione clementius? ubi sententia iudicaturus in potestate ponit iudicandi.
Date inquit & dabit uobis. Quocirca diffidentie sollicitudo & auar
icie est amputata contatio: ut quod redditur a se permittit ueritas:
secura expendat humanitas. **C**ostans esto Christiane largitor. Da:
quod accipias. Sere: quod metas. Sparge: quod colligas. Noli metuere
dispendium. noli de dubio suspirare prouentu. Substantia tua cum
bene erogatur: augetur. & concupiscere iustum misericordie lucrum:
eterni questus est sectari commercium. Munerator tuus uult te esse
munificum. & qui dat: ut habeas: mandat: ut tribuas: dicens: Date: &
dabit uobis. Amplectenda est tibi promissionis istius gratulanda con
ditio: quoniam si non habeas: nisi quod acceperis: non potes tamen non
habere quod dederis. Qui ergo pecunias amat. & multiplicare opes
suas immodicis optat augmentis: hoc potius sanctum fenus exerceat
& hac usurarum arte ditescat: ut non hominum laborantium captet ne
cessitates: ne per dolosa officina laqueos incidat insolubilium debitorum.
sed illius sit creditor: qui dicit: date: & dabit uobis. & quod mensura mensi
fueritis: eadem remetiet uobis. Infidelis autem & iniquus est etiam sibi: qui
quod estimat diligendum: non uult habere perpetuum. Quantalibet
aduiciat: quantalibet condat: & cogerat: inops in hoc mundo & egenus
abscedit: dicente David Propheta: quoniam cum interierit: non accipiet
omnia. neque descendet cum eo gloria eius. quia si benignus esset animus sue:
illi bona sue crederet: qui & idoneus fideiussor est pauperum: &
largissimus redditor usurarum. Sed iniusta & impudens auaricia que
beneficium se dicit prestare cum decipit: non credit deo ueraciter
promittenti. & credit homini trepide paciscenti. Dumque certiora existimat
presentia quam futura: merito in hoc frequenter incurrit: ut ei cupiditas
iniusti lucri causa sit damni. Unde quilibet sequatur euentus: mala
semper est ratio fenerantis: cui pecuniam & minuisse & auxisse
peccatum est. ut aut miser sit amittendo quod dedit: aut miserior acci
piendo quod non dedit. fugienda prorsus est iniqitas feneratoris. & lucrum quod
omni caret humanitate uitandum est. multiplicat quod facultas iniustis
& tristibus incrementis: sed meritis substantia contabescit. quoniam fenus

pecunie funus est ate. Quid enim de huiusmodi hominibus sentiat deus: sacratissimus Propheta David manifestat: qui cum diceret: Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? aut q̄s regesceat in monte sancto tuo? Responso diuine uocis instruitur: & eum ad eternā requiē p̄tinere cognoscat: qui inter alias pie cōuersatiōis regulas pecuniā suam non dedit ad usuram. & a tabernaculo dei ostēdit̄ alienus: & a sancto monte eius extraneus: qui dolosum questū de pecunie sue captat usuris. & dum per aliena cupit damna ditari eterna dignus est egestate puniri. Vos itaq; dilectissimi qui ex toto corde promissionibus dñi credidistis: fugientes auaricie leprā immundissimam: donis dei pie & sapiēter utimini. & qm̄ de ipsius largitate gaudetis: date operam ut possitis gaudiorum uestrorū habere consortes. Multis enim que nobis suppetunt: desunt. & in quorundam indigentia nobis materia data est diuine bonitatis imitande. ut p̄ uos & in alios diuina beneficia transirent. & bene dispensantes t̄palia acq̄reretis eterna. ¶ Quarta igit̄ & sexta feria ieiunemus. Sabbato autem apud beatissimum Apostolum Petrū uigilemus. Cuius orationibus nobis per omnia obtineat̄ diuina protectio. Per Xpm̄ dominum nostrum. Amen.

De ieiunio decimi mensis & elemosinis eiusdem. Sermo septimus.

DResidia militie X̄p̄iane dilectissimi sanctificandis mentibus nostris atq; corporibus diuinitus instituta ideo cum dierum temporumq; curriculis sine cessatione repantur: ut infirmitatum nostraz̄ ipsa nos medicina cōmoneat. natura quippe mutabilis & de peccati labe mortal̄s licet etiā iā redempta & sacro baptisate sit renata: inq̄trum est passibilis: intantum est ad deteriora p̄clius corrūpereturq; carnali desiderio: nisi spiritali muniret̄ auxilio. quia sicut illi nunq̄ deest unde corruat: ita semper presto ē unde subsistat. dicente Apostolo: fidelis deus qui uos nō patiet̄ tēptari supra id: quod potestis. sed faciet p̄uentum: ut possitis sustinere. Quauis ergo dñs p̄tegat bellatores & milites suos ille qui potēs est in p̄lio: cohortet̄: & dicat: Nolite timere: quia ego uici mūdū scēdū tñ est dilectissimi hoc incutamento formidinē sublatā esse: nō pugnā. & retuso aculeo timoris causā manere certam̄. Quod ab hoste uersuto terribiliter qdē furore p̄secutiōis mouet̄. Sed innocētibus specie pacis infertur. Vbi enim in apto sunt pugne:

manifeste sunt & corone. Et hoc ipsum alit atq; accedit patientie fortitudinem: quod sicut proxima est tribulatio. ita est & uicina promissio. cessantibus publicis impugnationibus impiorum. Et a cedibus & supplicis fidelium diabolo continente ne pertinacia crudelitatum multiplicatio fieret triumphorum uestrorum. Fremic aduersarius. & cruetas inimicicias ad quietas couertit insidias. ut quos uincere fame & gelu flammis ferroq; non poterat: ocio tabescerent: cupiditatibus irretiret. ambitione inflaret: uoluptate corrumpere. Sed ut malis atq; aliis omnibus destruendis habet acies Christiana potentes munitiones & arma uictoria: deo scilicet instruente milites suos ut spiritu ueritatis mansuetudo iram: largitas auaricia: benignitas extinguat inuidiam. commutante enim dextra excelsi corda multorum: redit in nouitatem uetustas. & de iniquitatis famulis ministri prodire iusticie. Subegit luxuriam continentia. humilitas arrogantiā propulsa. & qui impudicia sorduerant: castitate nituerunt. His autem conuersionibus dilectissimi pudente gratia dei addita sunt sancta ieiunia: que in quibusdam diebus ac uniuersa Ecclesie deuotionem obseruatione generalis exigerent. Quauis enim pulchrum est atq; laudabile ut singula queque membra corporis Christi propriis ornentur officis. Excellētioris tamen est actionis sacratorisq; uirtutis cum in nostrum propositum pie plebis corda concurrunt: ut ille cui sanctificatio nostra supplicium est: non solum a parte: sed etiam a soliditate superet: cui nunc ope dilectissimi decimus mensis offert: ammonens quodammodo pro qualitate temporis sui ne quisquam frigore infidelitatis obtorpeat. sed potius caritatis spiritu conualescat. Quonia & per ipsa elementa mundi tanquam per publicas paginas significationem diuine uoluntatis accepimus. Nec unquam cessat supna eruditio quam etiam de illis que nobis famulantur: imbuimur. **P**reter illam namque Apostolicam sententiam quam homines fructu pietatis carentes uacuis arboribus comparant: etiam illa ficus nobis cauenda est: de sue infecunditatis exemplo: quam dominus Iesus sicut Euangelium refert: nihil habentem quod esurientes sumeret: perpetua sterilitate dannauit. ut intelligeremus quam quod esurientem non refouet egenum: illi denegat cibum: quod quod pauperi est datum: sibi dixit impensum. & huius maledictionis arbore erunt: quibus a iudicante dicetur: Discedite a me maledicti in ignem eternum: quem preparauit pater meus diabolo & angelis eius. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare. Sitiui & non dedistis mihi bibere & cetera. Que ideo singula recoluntur: ut aduertamus non futurum extra misericordiam: qui uel partem horum operum fuerit executus.

Anima autē neminē iuuans erit arbor nō habēs poma: cū totius fructu pietatis inueniet aliena. Decimi ergo mēsis ieiuniū qđ est hyemalis tps ad agriculturam nos mysticā uocat: qua segetū & palmitum atq; arborū uires qbus humana sustētat infirmitas: spiritalibus studiis excolāt. ut dñicus ager suis dicit impēdit. & quē nūq̄ expedit eē sine fructu de ppria fiat ubertate fecundior. qđ utiq; intelligit sanctitas uestra ad totius Ecclesie profectum esse referēdū: quoz in fide germen est in spe incrementū: in caritate natiuitas. q̄a castigatio corporis & instantia orationis tunc ueram obtinent puritatē: cū elemosinarū sanctificatiōe nitescūt: dicente dño: date elemosinā & ecce oīa mūda sūt uobis. Quarta igit̄ & sexta feria ieiunemus: Sabbato autem apud beatissimum Petrum Apostolū uigilias celebremus ipso p̄stante & adiuuāte q̄ cū patre & sancto spū uiuit & regnat in secula seculoz. Amen.

De ieiunio decimi mensis & elemosinis eiusdem. Sermo octauus.

QUoniam de aduētū regni dei et de mūdi fine ac tpoz discipulos suos Saluator instrueret: totāq; Ecclesiā suā in Apostolis suis erudiret. Cauete inq; ne grauentur corda uestra crapula et ebrietate et cogitatiōibus secularibus: qđ utiq; p̄ceptū dilectissimi ad nos specialius pertinere cognoscimus qbus denūtiatus dies etiā si est occultus: non dubitat̄ esse uicinus. Ad cuius aduentū omnē hominē cōuenit preparari: ne quenq; aut uētri deditum aut curis secularibus inueniat implicatum. Quotidiano enī dilectissimi experimēto pbat̄ potius satietate aciē mētis obtūdi. ciboꝝ nimietate uigorem cordis hebetari. ita ut delectatio edendi etiā corporum cōtraria sit saluti: nisi ratio temperantie obsistat illecebre. et quod futurū est oneri: subtrahat uoluptati. Quāuis enī sine aīa nihil caro desideret: et inde accipiat sēsus: unde sumit et motus: eiusdē tñ est aīe quedā sibi subdite negare substātie: et interiori iudicio ab incōueniētibus exteriora frenare. ut a corporeis cupiditatibus sepius libera in aula mētis possit diuine uacare sapiētie. ubi omni strepitu silēte curaz meditatiōibus s̄ctis et in delitiis letet̄ eternis. qđ si in hac uita difficile est cōtinuari: potest tñ frequēter assumi ut sepius ac diutius spiritalibus: potius q̄ carnalibus occupet. Et cū melioribus curis impendimus maiores moras ad incorruptibiles diuitias etiā t̄pales transeūt actiones. Huius obseruantie utilitas

dilectissimi in ecclesiasticis est precipue constituta ieiunium que ex
doctrina sancti spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt:
ut lex abstinentie omnibus sit ascripta episcopis. Siquidem ieiunium uernum
in quadragesima: estiuum in Pentecoste: autumnale in mense septimo
hyemale aut in hoc quod est decimus celebramus: intelligentes diuini
nihil uacuum esse preceptis. & uerbo dei ad eruditionem nostram omnia
elementa seruire: dum per ipsos mundi cardines: quasi per quatuor Euangelia
incessabili tuba discimus quod & predicemus: & agamus: dicente
Propheta: Celi enarrant gloriam dei: & opera manuum eius annuntiat
firmamentum. Dies diei eructat uerbum: & nox nocti indicat scientiam.
Quid est per quod ueritas nobis non loquatur? Ipsius uoces in die ipsius
audiunt in nocte. & puritudo rerum unius dei officio conditarum
non desinit cordis auribus magistram insinuare rationem ut inuisibilia
dei per ea que facta sunt: intellecta conspiciantur. & non creaturis sed
creatori omnium seruiant. Cum ergo uniuersa uita per continentiam
destruantur: & quicquid auaricia sitit: quicquid superbia ambit: quicquid luxuria
concupiscit: huius uirtutis soliditate superetur: Quis non intelligat: quantum
nobis per ieiunia conferatur. In quibus iudicatur: ut non solum a cibis sed etiam
ab omnibus carnalibus desideriis temperet. Alioquin superfluum est suscipere
esuriam: & nunquam deponere uoluptatem. reciso affligi cibo: & a
concepto non resilire peccato. carnale est non spirituale ieiunium ubi
soli corpori non parcat: & in illis que omnibus delicias sunt nocentiora:
permanetur. Quid prodest anime foris agere quasi dominam: &
intus seruire captiuam? membris propriis imperare & ius proprie
libertatis amittere. Et merito plerumque patitur famulam rebellantem:
que non reddit domino debitam seruitutem. Ieiunet ergo corpus
ab escis. mens ieiunet a uitiis. & curas cupiditatesque terrenas regis
sui lege diiudicet. Meminerit primam dilectionem deo secundam
debere proximo. omnesque affectus suos hac regula dirigendos: ut
nec a cultu recedat domini: nec ab utilitate conserui. quomodo
autem deus colitur. nisi ut quod ipsi placet: placeat & nobis? Nec
ab eius impio non est unquam resultat affectus. quam si hoc quod ille uult
uolumus: ab illo sumet infirmitas nostra uirtutem: a quo ipsam accepimus
uoluntatem. Deus est enim sicut ait Apostolus: qui operatur
in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. nec superbia
denique homo inflabit. nec desperatione frangetur: si bonis diuinitus
datis in gloriam datus utatur. & ab illis desideria sua reuocet: que sibi
noctura cognoscit. Abstinent enim ab inuidie malignitate a luxu-
rie dissolutione a perturbacione iracundie a cupiditate uindictae

purificabit ueri sanctificatione ieiunium. & incorruptibilium deliciarum uoluptate pascet. ut per usum spiritalem etiam terrenas copias in celestem nouerit transferre substantiam: non sibi credendo que acceperit: sed magis magisque multiplicando quam dederit. Vnde paterne caritatis affectu dilectionem uestram monemus: ut ieiunium decimi mensis fructuosum uobis elemosinarum largitate faciatis: gaudete quod per uos dominus pauperes suos pascit: & uestit. Quibus utique posset eas quas uobis contulit tribuere facultates: nisi pro ineffabili misericordia sua & illos iustificare uellet de patientia laboris & uos de ope caritatis. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato autem apud beatissimum Apostolum Petrum uigilias celebremus: quod & orationes & ieiunia & elemosinas nostras precibus suis dignabitur adiuuare presentate domino nostro Iesu Christo qui cum patre & sancto spiritu uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Leo Papa Flauiano Constantinopolitano
Episcopo. Epistola.

Dilectissimo filio Flauiano Leo. Lectis dilectionis tue epistolis quas miramur fuisse tam seras: & gestorum Episcopaliu ordine recensito tandem quid apud nos scandali contra integritatem fidei exortum fuisset: agnouimus. & que prius uidebantur occulta: nunc nobis reuerata patuerunt. quibus Eutyches qui presbiteri nomine honorabilis uidebatur: multum imprudens & nimis imperitus ostenditur: ut etiam de ipso dictum sit a Propheta: Noluit intelligere: ut bene ageret: iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quid autem iniquius: quam impie sapere? Sed in hanc insipientiam cadunt: qui cum ad cognoscendam ueritatem aliquo impediuntur obscuro non ad Propheticas uoces: non ad Apostolicas litteras: nec ad Euangelicas autoritates: sed ad semetipsos recurrunt. & ideo magistri erroris existunt: quia ueritatis discipuli non fuerunt. quam enim eruditionem de sacris noui & ueteris testamenti paginis acquisiuit: qui ne ipsius quidem Symboli initia comprehendit. & quod per totum mundum omnium regenerandorum uoce depromit: istius adhuc senis corde non capitur. Nesciens igitur quid deberet de uerbi dei incarnatione sentire: nec uolens ad promerendum lumen intelligentie in sanctarum scripturarum latitudine laborare: illam saltem communem & indiscretam confessionem sollicito recepisset auditu: quam fidelium uniuersitas profiteretur: credere se in deum

patrem omnipotentem: & in Iesum Xpm filium eius unicu dnm
nostrum: qui natus est de spiritu sancto ex Maria uirgine: quibus
tribus sententis omnium fere hereticorum machine dissoluuntur:
Cum eni deus & omnipotens & pater creditur: conspitemus eidem
filius demonstratur: in nullo a patre differens quia de deo deus de
oipotente oipotens de eterno natus est coeternus: no posterior tpe
non inferior potestate. non dissimilis gloria: no diuisus essentia.
Idem uero sempiterni genitoris unigenitus sempiternus. natus est
de spiritu sancto ex Maria uirgine que natiuitas temporalis illi
natiuitati diuine & sempiternae nihil minuit nihil contulit: Sed
totam se reparando homini qui erat deceptus impedit: ut & mortem
uinceret: & ius diaboli qui mortis habebat imperium: sua uirtute
destrueret. Non enim nos superare possemus peccati & mortis
auctorem: nisi naturam nostram ille susciperet: & suam faceret. quem
nec peccatum cotaminare: nec mors potuit detinere. Conceptus
quippe est de spu sancto intra uterum uirginis matris: que illum ita
salua uirginitate edidit: quemadmodum salua uirginitate concepit.
Sed si de hoc xpiane fidei fonte purissimo sincerum intellectum haurire
no poterat: quia splendoris perspicue ueritatis obsecatione sibi propria
tenebrarum doctrine se Euangelice subdidisset: dicente Mattheo
Liber generationis Iesu xpi filii Dauid filii Abraam: Apostolice
quoque predicationis expetisset instructum: legens in epistola ad
Romanos: Paulus seruus Iesu xpi uocatus Apostolus segregatus
in Euangelium dei quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis
sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem:
ad prophetas quoque paginas pie sollicitudinem contulisset: & inueniret
promissionem dei ad Abraham dicentis. In semine tuo benedicentur omnes
gentes. **E**t ne de huius seminis proprietate dubitaret: secutus fuisset
Apostolum dicentem: Abrae dicte sunt promissiones & semini eius. non
dicit & seminibus quasi in multis: sed quasi in uno: & semini tuo quod
est Christus. & Esaie quoque predicationem interiore apprehendisset
auditu dicentis: Ecce uirgo concipiet in utero & pariet filium &
uocabitur nomen eius Emmanuel quod est interpretatum nobiscum deus.
Eiusdem quoque Prophete cum fideliter uerba legisset: puer natus est
nobis & filius datus est nobis: cuius potestas super humeros eius &
uocabitur nomen eius magni consilii angelus: deus fortis: pater
futuri seculi: princeps pacis. Nec frustratorie ita loquens uerbum
diceret carnem factum: ut editus utero uirginis Christus haberet
formam hominis: et non haberet materni corporis ueritatem. An

forte ideo putauit dñm nostrū Iesū Xpm nō nostre eē nature:
 quia missus ad beatā uirginem Mariā Angelus ait: Spūs sanctus
 superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & qđ
 nascetur ex te factum uocabitē filius dei: & quia cōceptus uirgīs
 diuini fuit operis non de natura concipientis fuerit caro cōcepta?
 Sed non ita intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis:
 & mirabiliter singularis: ut per nouitatem creationis proprietatē
 remota sit generis. fecunditatem enim uirgini spiritus dedit scūs:
 ueritas autem corporis sumpta est de corpore. Et edificante sibi
 sapientia domum uerbum caro factum est: & habitauit in nobis
 hoc est in carne quā assūpsit ex hoīe: & quā spū uite rōnabilis
 aīauit. salua igit p̄prietate utriusq; nature & substātie in unam
 coeunte p̄sonā suscepta est a maiestate humilitas: a uirtute infir/
 mitas ab eternitate mortalitas. & ad resoluēdū cōditionis nostre
 debitū: natura inuiolabilis: nature ē unita passibili. ut qđ nostris
 remedijs cōgruebat: unus atq; idē mediator dei & hominū homo
 Xpus Iesus & mori posset ex uno: & resurgere posset ex altero.
 In itegra ergo ueritate hoīs p̄fectaq; natura uerus natus ē deus:
 totus in suis: totus in nostris. nostra autē dicimus: que in nobis ab
 initio creator cōdidit: & que repanda suscepit. Nā illa que de/
 ceptor intulit: & homo deceptus admisit: nullū habuerūt in Sal/
 uatore uestigiū. nec qa cōmunionē humanaz; subire infirmitatū:
 ideo nostrorū fuit particeps delictorū. Assumpsit formā serui sine
 sorde peccati. humana augēs. diuina non minuens. Quia exina/
 nito illa q̄ se inuisibilis uisibilē p̄buit: & creator & dñs oīm rerū
 unus uoluit esse mortaliū: Inclinatio fuit miseratiōis: nō defectio
 potestatis. Proinde q̄ manēs in forma dei fecit hominem idem in
 forma serui factus est homo. Tenet ergo sine defectu p̄prietatē
 suā utraq; natura. Et sicut formā serui dei forma nō ademit: ita
 formā dei forma serui non minuit. Nā quia gloriabat̄ diabolus
 hoīem sua fraude deceptū diuinis caruisse muneribus: & immor/
 talitatis dote nudatū duram mortis subisse sententiā: seq; in malis
 suis qđ dā de p̄uaricatoris cōsortio inuenisse solatiū: deum quoq;
 iusticie exigēte ratiōe erga hoīem quem tāto honore cōdiderat:
 p̄p̄riam mutasse sententiā opus fuit secreti dispensatiōe consilii: ut
 incōmutabilis deus cuius uolūtas nō potest sua benignitate p̄uari
 p̄mā erga nos pietatis sue dispēsationē sacramēto occultiore cō/
 pleret. & homo diabolice iniquitatis uersutia coactus in culpā cōtra
 dei p̄positū nō p̄iret. Ingreditur ergo mūdi infima filius dei de

celesti sede descendens & a paterna gloria non recedens. **N**ouo ordine noua natiuitate generatus nouo ordine quia inuisibilis in suis uisibilis factus est in nostris. incóprehensibilis uoluit cóphēdi. ante tēpā eternus manēs esse cepit ex tēpē. Vniuersitatis dominus seruilē formā obúbrata maiestatis sue immēsitae suscepit. impassibilis deus non dedignatus est homo esse passibilis. & immortalis mortis legibus subiacere. Noua autē natiuitate generatus quia inuiolata uirgital cócupiscētiā nesciuit: carnis materiā místrauit. assúpta est de matre dñi natura nō culpa. nec in dño Iesu Xpo ex utero uirgis genito quia natiuitas est mirabilis: ideo nostre ē nature dissimilis. Qui enim uerus est deus idē uerus est homo. Ec nullū est in hac unitate mēdaciū: dū inuicē sūt & huilitas hominis & altitudo deitatis. sicut enī deus nō mutat miseratiōe: ita homo nō cósumit dignitate. agit enī utraq; forma cū alterius cómuniōe qđ ppriū est: uerbo scilicet coopante qđ uerbi ē. & carne exequēte qđ carnis est. unū horū coruscat miraculis. aliud succumbit iniuriis. & sicut uerbum ab equalitate paterne glorie nō recedit: ita caro naturam nostri generis non relinquit. Vnus enī idēq; est qđ sepe dicendū est: uere dei filius & uere hoīs filius. deus p id qđ in pncipio erat uerbū: & uerbū erat apud deū: & deus erat uerbum. Homo: per id: quod uerbū caro factū est: & habitauit in nobis. deus per id: qđ oīa per ipsum facta sūt: & sine ipso factū est nihil: homo per id: qđ factus est ex muliere factus sub lege. natiuitas carnis manifestatio est humane nature. partus uirginis diuine est uirtutis indicatiū. Infantia puuli ostendit in humilitate cunarum. Magnitudo altissimi declaratur uocibus angelorum. Similis est rudimētis hoīm: quē Herodes impius molitē occidere. Sed dominus est omniū: quē Magi gaudent suppliciter adorare. Iam cū ad p̄cursoris sui Iohānnis baptismū uenit: ne lateret: qđ carnis uelamine diuinitas tegetetur: uox patris de celo intonans dixit: hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. quem itaq; sicut hominem diabolica temptat astutia: eidem sicut deo angelica famulātur officia. esurire. sitire. lassescere. atq; dormire euidenter humanū est. Sed de quinque panibus quinque milia hominū satiare: & largiri Samaritane aquā uiuā cuius haustus bibenti prestitit: ne ultra iā sitiat: supra dorsum maris plantis nō subsidentibus ambulare: & elationes fluctuum increpata tempestate consternere: sine ambiguitate diuinum est. Sicut ergo ut multa preteream: non eiusdē nature est flere miseratiōis affectu.

Lazarum amicū mortuū: & eūdem remoto quatrūduane aggere
 sepulture ad uocis imperiū excitare rediuiuū: aut in ligno pēdere
 et in noctē luce cōuersa omnia elementa tremefacere: aut clauis
 transfixum esse: & paradisi portas fidei latronis aperire: ita non
 eiusdem nature est dicere: ego & pater unū sumus: & dicere: pater
 maior me est. quāuis enim in domino Iesu Xpo dei & hominis una
 persona sit: aliud tamē est unde in utroq; cōmunis est cōtumelia:
 aliud unde cōmunis est gloria. de nostro enim illi minor est patre
 humanitas. sed de patre illi ē equalis cū patre diuinitas. Propter
 hanc ergo unitatem persone in utraq; natura intelligendā & filius
 hominis legitē descendisse de celo cū filius dei carnem de ea uirgīe
 de qua est natus: assumpsit. Et rursus filius dei crucifixus dicitur:
 ac sepultus: cum hec non in diuinitate ipsa qua unigenitus con/
 sempiternus & consubstantialis est patri: sed in nature humane sic
 infirmitate perpeffus. Vnde unigenitum filium dei crucifixum et
 sepultum omnes etiā in symbolo cōfitemur: scđm illud Apostoli:
 Si enim cognouissent nunq̄ dominū maiestatis crucifixissent. Cū
 autem ipse dominus noster atq; Saluator fidē discipulorum suis
 interrogationibus erudiret: Quem inquit esse dicunt homines
 filium hominis: Cumq; illi diuersas aliorum opiniōes retexuissent:
 Vos autem inquit quem me esse dicitis: Me utiq; qui sum filius
 hominis: & quē in forma serui atq; in ueritate carnis aspicitis: quē
 me esse dicitis? Vbi beatus Petrus diuinitus ispiratus & confessiōe
 sua omnibus gentibus profuturus: Tu es inquit Christus filius dei
 uiui. Nec immerito beatus pnuntiatus est a domino & a pncipali
 petra soliditatem & uirtutis traxit & nominis: q per reuelationem
 patris eundem & dei filium confessus est: & Christum. Quia unū
 horum sine altero receptum non proderat ad salutem. Et equalis
 erat periculi dominum Iesum Christum aut deum tantūmodo sine
 homine aut sine deo solum hominē credidisse. Post resurrectionē
 uero dñi que utiq; ueri hominis fuit: qa non alter est resuscitatus:
 q̄ qui fuerat crucifixus: & mortuus: Quid aliud quadraginta dieꝝ
 mora gestum est: q̄ ut fidei nostre integritas: ab omni caligine
 mundaretur? Colloquens enim cum discipulis suis: & cohabitans
 atq; cōuescens & ptractari se diligenti curiosoq; contractu ab eis
 quos dubietas pstringebat: admittens: ideo & clauis ad discipulos
 ianuis introibat: & flatu suo dabat spiritum sanctum: & donato
 lumine intelligentie sanctarū scripturarum occulta pandebat: et

rursum idem uulnus lateris: fixuras clauorum: & oia recentissime
passionis signa monstrabat dicens: Videte manus meas: & pedes
meos: quia ego sum. Palpate & uidete quia spiritus carnem & ossa
non habet: sicut me uidetis habere: ut agnosceret in eo proprietates
diuine humaneque nature indiuidua permanere. & ita sciremus uerbum
non hoc esse: quod carnem: ut unum dei filium confiteremur et
carnem. Quo fidei sacramento Eutycheus iste nimium estimandus
est uacuus: qui naturam nostram in unigenito dei nec per humilitatem
mortalitatis: nec per gloriam resurrectionis agnouit. Nec sententiam
beati Apostoli & Euangeliste Iohannis expauit dicens: Omnis
spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse ex deo est:
& omnis spiritus qui soluit Iesum Christum: ex deo non est. et hi
sunt Antichristi. Quid est autem soluere Iesum: nisi humanam ab
eo separare naturam? sacramentumque per quod unum saluati sumus:
impudentissimis euacuare figmentis? Calligans ergo circa naturam
corporis Christi necesse est: ut etiam in passione eius eadem obsecatio
desipat. Nam si crucem domini non putat falsam & susceptum pro
mundi salute supplicium uerum fuisse non dubitat: cuius credit mortem:
agnoscat & carnem: nec diffiteatur nostri corporis hominem: quem
cognoscit fuisse passibilem. Quoniam negatio uere carnis negatio
est etiam corpore passionis. Si ergo Christianam suscepit fidem
et a predicatione Euangelii sui non auertit auditum: uideat que
natura transfixa clauis pependit in crucis ligno: & aperto per
militis lanceam latere crucifixi: intelligat unde sanguis & aqua
fluxerit: ut Ecclesia dei & lauacro regeneretur & poculo. audiat
beatum Petrum Apostolum predicantem quod sanctificatio spiritus
per aspersionem fiat sanguinis Christi: nec transitorie legat eiusdem
Apostoli uerba dicens: Scientes quod non corruptilibus argento
& auro redempti estis de uana uestra conuersatione paterne tra-
ditionis: sed precioso sanguine quasi agni incontaminati & imaculati
Iesu Christi. Beati quoque Iohannis Apostoli testimonio non resistat
dicens Et sanguis Iesu Christi filii dei emundat uos ab omni peccato
& iterum: Hec est uictoria que uicit mundum fides nostra. & qui
est autem qui uincit mundum: nisi qui credit: quoniam Iesus est filius
dei? Hic est: qui uenit per aquam & sanguinem Iesus Christus non
in aqua solum sed in aqua & sanguine & spiritus est qui testificatur
quoniam Christus est ueritas. Quoniam tres sunt qui testimonium
dant spiritus aqua & sanguis & u tres unum sunt. Spiritus utique

sanctificationis & aqua baptismatis & sanguis redemptionis que
 tria unum sunt. & indiuidua manent: nil eorum a sui connexione
 seiungitur: q̄a Catholica Ecclesia hac fide uiuit: hac pficit: ut in
 dño Iesu Christo. nec sine uera diuinitate credat̄ humanitas: nec
 sine uera credat̄ humanitate diuinitas. Cú aut̄ ad interlocutionē
 examinis uestri Eutycheſ respōderit dicens: Cōfiteor ex duabus
 naturis fuisse dñm nostrum ante adunationē. post adunationem
 uero unā naturam confiteor: Miror tam absurdā tamq; puerſā
 eius professionē nulla iudicātiū increpatiōe rep̄hensā. & sermonē
 nimis insipientem nimisq; blasphemū ita omissum quasi nihil quod
 offenderet: esset auditum. Cum tam impie duarum naturaz̄ ante
 incarnationem unigenitus dei filius fuisse dicat̄: q̄ nepharie postq̄
 uerbum caro factū est natura in eo singularis asserit̄. Quod nec
 Eutycheſ ideo uel recte uel tolerabiliter estimet dictū: q̄a nulla
 sentētia uestra cōfutatū est. sollicitudinis tue diligētīā cōmonētēs
 hortamur carissime frater: ut si per inspirationē misericordie dei
 ad satisfactionem causa perducitur: imprudentia hominis iperici
 etiam ab hac sensus sui prauitate per te purgetur. Qui qdē sicut
 gestoz̄ ordo patefecit: bene ceperat a sua persuasione discedere:
 cum uestra sententia coartatus pfiteretur se dicere qd̄ ante non
 dixerat. & ei fidei acquiescere: cuius prius fuisset alienus. Sed cū
 anathematizando impio dogmati nolisset prebere consensum:
 intellexit eum fraternitas uestra in sua manere pfidia. Dignūq;
 esse qui iudicium condemnationis exciperet. De quo si fideliter
 atq; utiliter dolet: & q̄ recte mota sit Episcopalis Autoritas uel
 sero cognoscit: uel si ad satisfactionum plenitudinem omnia que
 ab eo mala sūt sensa: uiua uoce & p̄senti subscriptiōe dānauerit:
 Non erit reprehensibilis erga correctū quantacunq; miseratio:
 quia dñs noster bonus & uerus pastor qui animā suam ponit pro
 ouibus suis & q̄ uenit animas hominū saluare nō pdere: imitatores
 nos uult esse sue pietatis. ut peccatores quidem iusticia coerceat:
 conuersos aut̄ misericordia non repellat. Tunc. n. fructuosissime
 demum fides uera defendit̄: quando etiā a sectatoribus suis opinio
 falsa damnatur. Ad omnem uero hanc causam pie & fideliter cō/
 sequendam fratrem nostrum Iulianum Episcopum & Renatum
 presbyterum tituli sancti Clementis sed & filium meum Hilarium
 Diaconem uice nostra direximus: q̄bus Dulciciū notariū nostrū
 cuius fides nobis est sepe probata: sociauimus confidētes ad futurū

diuinitatis auxiliū ut is qui errauerat dānata sensus sui prauitate
saluetur: Datum Id̄ Junii Asterio & Protogene. cōss.

De natale domini eiusdem sermo primus.

Saluator noster dilectissimi hodie natus ē: gaudeamus. Neq̄
enim locū est fas esse tristitie ubi natalis est uite. Que cōsūpto
mortalitatis timore nobis ingerit de p̄missa eternitate leticiam.
Nullus ab huius alacritatis participatione secernitur. una cunctis
leticie cōmunis ē ratio: q̄a dñs noster peccati mortisq̄ destructor
sicut nullum a reatu libeꝝ repperit: ita pro liberandis omnibus
uenit. Exultet sanctus quia propinquat ad palmam. Gaudeat
peccator: q̄a inuitatur ad ueniam. Animet̄ gentilis: q̄a uocat̄ ad
uitam. dei nanq̄ filius secundū plenitudinē temporis quam diuini
consiliū inscrutabilis altitudo disposuit: reconciliandam autori suo
naturam generis assumpsit humani: ut inuentor mortis diabolus p̄
ipsam qua uicerat: naturam uinceretur. in quo conflictu p̄ nobis
inito magno & mirabili eq̄tatis iure certatū est. dum omnipotens
dominus cum seuissimo hoste non in sua maiestate: sed in nostra
congregat̄ humilitate. obiciēs eandem formam eandēq̄ naturam
mortalitatis quidem nostre participem: sed peccati totius exptem.
Alienum quippe ab hac natiuitate est: quod de omnibus legitur:
nemo mundus a sorde: nec infans unius diei: cuius uita est super
terram. Nihil ergo in istam singularem natiuitatem de carnis cō/
cupiscentia trāsiuit. nihil de peccati lege manauit. Virgo regia
Dauidice stirpis eligit̄: que sacro grauidanda fetu diuinā huma/
namq̄ prolem prius cōcepit mente: q̄ corpore. & ne sup̄ni ignara
consiliū ad inuitatos paueret affatus: quod in ea operandū erat
a spiritu sancto: colloq̄o discit āgelico. nec damnū credit pudoris
dei genitrix mox futura. Cur. n. de cōceptiōis nouitate desperet:
cuius efficientia de altissimi uirtute p̄mittitur? confirmat̄ credentis
fides etiam p̄euntis attestatiōe miraculi. Donaturq̄ Helisabeth
inopinata fecunditas. ut qui cōceptum dederat sterili: daturus nō
dubitaret̄ & uirgini. Verbum igit̄ dei deus filius dei: q̄ in p̄ncipio
erat apud deum: per quem facta sunt omnia: & sine quo factum
est nihil: p̄pter liberandum hominem ab eterna morte factus est
homo. ita se ad susceptionem humilitatis nostre sine diminutione
sue maiestatis inclinans: ut manens quod erat: assumensq̄ q̄d non

2. 166. *Fecit
genitrix in
sua p̄ncipio*

erat: ueram serui formā ei forme in qua deo patri est eōlis uniret. Et tanto federe naturam utranq; consereret: ut nec inferiorem consumeret glorificatio. nec superiorē minueret assūptio. Salua igit̄ proprietate utriusq; substantie & in unam coeunte personā: suscipitur a maiestate humilitas. ab eternitate mortalitas. & ad rependendū nostre conditionis debitū: natura inuiolabilis nature est unita passibili. Deusq; uerus & homo uerus in unitatem dñi temperatur: ut qđ nostris remedijs congruebat: unus atq; idē dei hominumq; mediator & mori posset ex uno: & resurgere posset ex altero. Merito igit̄ uirginee integritati nihil corruptiōis intulit partus salutis: qā custodia fuit pudoris editio ueritatis. Talis igit̄ dilectissimi natiuitas decuit dei uirtutem & dei sapientiam Xpm: qua nobis & humilitate congrueret: & diuinitate pcelleret. Nisi enim esset uerus deus: nō afferret remediū. nisi esset homo uerus: non pberet exemplū. Ab exultantibus ergo angelis nascente dño gloria in excelsis deo canitur: et pax in terra bone uolūtatis hominibus nuntiatur: Vident enim celestē Hierusalem ex omnibus gentibus mundi fabricari: de quo inenarrabili diuine pietatis ope quantū letari debet humilitas hominū: cū tm̄ gaudeat sublimitas angeloz? Agamus ergo dilectissimi gratias deo patri p filiū eius in spiritu sancto: qui ppter multam caritatem suam q̄ dilexit nos misericors est nostri. & cum essemus mortui peccatis: cōuiuificauit nos Christo: ut essemus in ipso noua creatura. nouumq; figmentū Deponamus ergo ueterem hominem cum actibus suis. & adepti participationem generationis Xpi: carnis renuntiemus operibus. Agnosce o Christiane dignitatem tuam. & diuine consorti factus nature noli in ueterem uilitatem degeneri conuersatione redire. Memento cuius capitis & cuius corporis sis membrū. reminiscere q̄ erutus de potestate tenebrarū translatus es in dei lumen & regnū. Per baptismatis sacramētū spiritus sancti factus es templū. Noli tm̄ habitatorem prauis a te actibus effugare: & diabolice iterum subucere seruituti. quia p̄cium tuū sanguis est Christi: q̄ ueritate te iudicabit. qui misericordia te redemit. qui cum patre et spiritu sancto regnat in secula seculorum. Amen.

De natale domini eiusdem sermo secundus.

EXultemus in dño dilectissimi & spiritali iucunditate letemur: quia illuxit nobis dies redemptionis noue reparatiōis antique

felicitalis eterne: reparat̄ enī nobis salutis nostre ānua reuolutōe
sacramentū ab initio p̄missū sine fine mansurū. in quo dignū est
nos erectis sursū cordibus diuinū adorare mysteriū. ut qđ magno
dei munere agit̄: magnis ecclesie gaudiis celebremus Deū. n. omni/
potens & clemens cuius natura bonitas: cuius uoluntas potentia:
cuius opus misericordia ē: statī ut nos diabolica malignitas uenēo
sue mortificauit inuidie predestinata renouandis mortalibus sue
pietatis remedia inter ipsa mūdi p̄mordia p̄signauit. denuntians
serpenti futurū semē mulieris: qđ noxi capitis elationē sua uirtute
contereret. X̄p̄m scilicet in carne uenturū deū hoīemq; signās q
natus ex uirgine uolatorē hūane pp̄aginis icorrupta natiuitate
damnaret. Nā qđ gloriabat̄ diabolus sua fraude deceptū hoīem
diuinis caruisse muneribus: & immortalitatis dote nudatum duram
mortis subisse sententiā: seq; in malis suis qđdam de p̄uaricatiōis
confortio inuenisse solatiū: deum quoq; iuste seueritatis exigente
rōne erga hoīem quē in tāto honore cōdiderat: antiquā mutasse
sententiā; opus fuit dilectissimi secreti dispensatione consiliū: ut
incōmutabilis deus cuius uolūtas non pōt sua benignitate p̄uari:
primā pietatis sue dispositionē sacramento occultiore cōpleret. &
homo diabolice iūqtatis uersutia coactus ī culpā cōtra dei p̄positū
nō periret. A dueniētibus ergo tēporibus dilectissimi que redēptiōis
hominū fuerāt p̄stituta: ingredit̄ hec īfima Iesus X̄p̄us dñs noster
de celesti sede descendens & a paterna gloria non recedēs: nouo
ordine noua natiuitate generatus. Nouo ordine qđ inuisibilis in
suis uisibilis factus est in nostris. incōp̄hensibilis uoluit cōp̄hendi.
ante tēpora manens esse cepit ex tēpore. Vniuersitatis dñs seruile
formā obūbrata maiestatis sue dignitate suscepit. Impassibilis deus
nō dedignatus est homo esse passibilis. & īmortalis mortis legibus
subiacere. Noua aut̄ natiuitate generatus: qđ cōceptus a uirgine
natus ex uirgine sine paterne carnis cōcupiscentia sine mat̄erne
integritatis iniuria quia futurū hominū Saluatorem talis ortus
decebat: qđ & in se haberet hūane subst̄tie naturā: & hūane carnis
inquinamenta nesciret. Autor. n. in carne nascendi deus ē: testante
angelo ad beatā uirginē Mariā: qđ spūs scūs supueniet in te: &
uirtus altissimi obūbrabit tibi. ideo qđ qđ nasceat̄ ex te sc̄m uocabit̄
filius dei. Origo dissimilis sed natura cōsimilis. hūano usu & cōsue/
tudine caret: sed diuina postate subnixū est: qđ uirgo concepit:
qđ uirgo pepererit: uirgo p̄manserit. Nō hic cōsideret̄ parietis

cōditio: sed nascētis arbitriū. Qui sic homo factus est: ut uolebat
 et poterat. Si ueritatem queris: hūane nature agnosce materiā. si
 rōnem scrutaris originis: uirtutem confitere diuinā. Venit. n. dñs
 Iesus Xpus contagia nostra auferre non ppeti. nec succumbere
 uitis sed mederi. Venit ut omnē langorē corruptiōis & uniuersa
 uitia sordentium curaret aīaz. ppter qđ oportuit eum ut nouo
 nasceret ordine: q̄ nouā spollute siceritatis gratiā hūanis corpo/
 ribus inferebat. oportuit. n. ut pmā genitricis uirginitatē nascētis
 incorruptio custodiret. & cōplacitū sibi claustrū pudoris & sācti/
 tatis hospitiū diuini spiritus uirtus infusa seruaret. qui statuerat
 deiecta erigere: contracta solidare: et superandis carnis illecebris
 multiplicatā pudicie donare uirtutē: ut uirginitas que i alius nō
 poterat salua esse generando: fieret & in aliis imitabilis nascēdo.
 Hoc ipsū aut dilectissimū qđ Xpus nasci elegit ex uirgine nō ne
 apparet altissime fuisse rōnis: ut scilicet hūano generi natā salutē
 diabolus ignoraret. & spiritali latēte cōceptu quē nō aliū uideret
 q̄ alios: non aliter crederet natū q̄ ceteros. Cuius enī similem cum
 uniuersis aduertit naturā: parē habere arbitratus est cū om̄ibus
 causam. Nec intellexit a transgressionis uinculis liberz: quem ab
 ifirmitate mortalitatis nō iuenit alienū. Verax nāq̄ misericordia
 dei cū ad reparādū humanū genus ineffabiliter multa suppetērēt:
 hanc potissimā cōsulendi uia elegit: q̄ ad destruendū opus diaboli
 non uirtute uterēt potentie: sed rōne iusticie. Nā supbia hostis
 antiq̄ non i merito sibi in omnes hoies ius tyrannicū uēdicabat. nec
 indebito domiātu p̄mebat: quos a mādato dei spōtaneos i obsequū
 sue uolūtatis allegerat. nō itaq; iuste amitteret originalē dediticū
 seruitutem. nisi de eo qđ subegerat: uincerēt. Quod ut fieret: sine
 uirili semine editus est. Xpus ex uirgine. quā nō hūanus ortus sed
 spūs scūs fecundauit & cū i omnibus matribus nō fiat sine peccati
 sorde conceptio: hec inde purgationē traxit: unde cōcepit. Qua
 eui paterni seminis transfusio non puenit: peccati se illic origo nō
 miscuit. Inuiolata uirginitas concupiscentiā nesciuit. substantiam
 ministrauit. assūpta est de matre dñi natura non culpa. creata est
 forma serui sine cōditione seruili. q̄a nouus homo sic contēperatus
 est ueteri: ut & ueritatē suscipet generis: & uitū excluderet ue/
 statis. Cū igit̄ misericors oīpotensq; Saluator ita susceptiōis hūane
 moderaret̄ exordia: ut uirtutē inseparabilis a suo hoie deitatis per
 uelamē nostre ifirmitatis absōderet: illusa est securi hostis astutia

qui natiuitatē puen in salutē generis hūani pcreati nō aliter sibi
q̄ omniū nascentiū putauit obnoxia. Vidit enim uagieutem atq̄
lachrymantē. uidit pannis inuolutū: circūsitōi subditū: & legalis
sacrifici oblatione perfunctum. Agnouit deinceps solita puericie
incrementa. & usq̄ in uiriles ānos de naturalibus nō dubitauit aug/
mentis. Inter hec itulit cōtumelias. multiplicauit iniurias. adhibuit
maledicta. obprobria. blasphemias. & cōuitia. omnē postremo in
ipsū uī furoris sui effudit. Oīa tēptamentoz̄ genera p̄cucurrit. et
sciens qđ hūanā naturam infecisset ueneno: nequaq̄ credidit p̄me
transgressionis exortē: quē tot documentis didicit esse mortalem.
Perstitit ergo improbus p̄do & auarus exactor in eū q̄ nihil ipsius
habebat: surgere. & dū uitiare originis p̄iudiciū generale p̄seq̄t:
chirographū quo utebat̄: excidit. ab illo iniquitatis exigēs penam:
in quo nullā repperit culpā. Soluit itaq̄ letifere pactiōis male/
suada conscriptio: & p̄ iniusticiā plus perendi: totius debiti sūma
uacuat̄. Fortis ille nectit̄ suis uiculis. & omne cōmentū maligni
in caput ipsius retorquetur. ligato mūdi principe captiuitatis uasa
rapiunt̄. redit ab antiq̄s contagis purgata natura: mors morte
destruit̄ natiuitas natiuitate repatur. Quoniā simul & redemptio
aufert seruitutē: & regeneratio mutat originem. & fides iustificat
peccatorē. ¶ Quisq̄ ergo Christiāno noīe pie & fideliter gloriari:
reconciliatiōis huius gratiā iusto p̄pende iudicio. Tibi. n. quondā
abiecto tibi p̄ longa exsilia morienti tibi in puluerem & cinerem
dissoluto cui iā nō erat spes ulla uiuendi: per incarnationem uerbi
potestas data ē: ut de longīquo ad tuū reuertaris autorē. recog/
noscas pentē. liber efficiaris ex seruo. de extraneo p̄ueharis ī filiū.
ut qui ex corruptibili carne natus es: ex dei spiritu renascaris. &
obtineas p̄ gratiā: qđ nō habebas p̄ naturā. & si te dei filiū p̄ sp̄m
adoptionis agnoueris: ut deum patrem audeas nuncupare. Male
cōscientie reatu absolutus ad celestia regna suspires. uolūtātē dei
facias diuino fultus auxilio. imiteris angelos sup̄ terrā. imortalis
substantie uirtute pascaris. securus aduersus inimicas temptationes
ppria libertate cōfligas. & si celestis militie sacramēta seruaueris:
non dubites te in castris triūphalibus Regis eterni pro uictoria
coronādū. cū te resurrectio pus parata suscepit in Regni celestis
consortii p̄uehendū. Habētes ergo tante spei fiducia dilectissimi
in fide q̄ fūdati estis stabiles p̄manete. ne idē ille tēptator cuius iā
a nobis dnationē X̄pus exclusit: aliquibus nos iterū seducat insidus.

et hec ipsa pñtis diei gaudia fallacie sue arte corrumpat: illudens simplicioribus animis de quorúdá psuasíõe pestifera: qbus hec dies sollénitatis nostre nó tã de natiuitate Xpi: q̄ de noui ut dicút: solis ortu honorabilis uideat. quozq; corda uastis tenebris obuoluta ab omni incremēto uere lucis aliena sūt. & q̄a supra id qđ carnalis intueē aspectu: nequeút aciē mētis erigere: ministra múdi lútana diuino honore uenerant. Absit ab animis Xpianis ípia supstitio. prodigiosumq; mendaciú. ultra omnē modú distant a sempiterno temporalia. ab ícorporeo corporea. a dñatore subiecta. Que etsi mirandá habent pulchritudinē: adorandá tñ non habent deitatē. Illa ergo uirtus illa sapientia illa est colēda maiestas que uniuersitatē múdi creauit ex nihilo. & in q̄s uoluit formas atq; mēsuras terrená celestēq; substantiá omnipotenti rōne pduxit. Sol luna & sidera sint cōmoda utentibus sint speciosa cernētibus: sed ita ut de illis gratie referāt autori. & adoret deus: q̄ cōdidit: nó creatura que seruit. Laudate igit dñm dilectissimi in omnibus opibus eius. atq; iudicis. sit in uobis indubitata credulitas uirginee integritatis & ptus. reformatiōis hūane sacrú diuinúq; mysteriú sancto atq; sincero honore seruitio. Amplectimini Xpm in nostra carne nascentē: ut eundē deū glorie uidere mereamini in sua maiestate regnantē. Qui cū patre & spú sancto manet in secula seculozq; A.

De natiuitate domini eiusdem sermo tertius.

NOra qdem sunt nobis dilectissimi & frequenter audita que ad sacramenta pertinet sollénitas hodiernae. sed sicut illeis oculis uoluptatē affert lux ista uisibilis: ita cordibus sanis eternú dat gaudiú natiuitas saluatoris: que a nobis núq̄ est reuicienda. Non. n. ad illud tantúmō sacramentú quo filius dei cōsēpiternus est patri: sed etiã ad húc ortú quo uerbú caro factú ē: credimus ptinere qđ dictú est: generationē eius q̄s enarrabit? Deus itaq; dei filius par atq; eadē de patre & cū patre natura uniuersitatis creator & dñs totus ubiq; pñs & uniuersa excedens in ordine tempozq; que ipsius dispositiōe discurrút: húc sibi diē quo in salutē mundi ex beata uirgine nasceret: elegit: íntegro p oía pudore generáti. Cuius uirginitas sicut non est uiolatu ptu: sic nó fuerat temerata conceptu. ut ípleret: sicut ait Euangelista: qđ dictú est a dño p Esaiã Prophetã: Ecce uirgo concipiet in utero: & pariet filiú: &

uocabit nomen eius Emanuel: quod interpretatur nobiscum deus. Hic. n. mirabilis sacre uirginis partus uere humanam uere diuinam una edidit prole naturam. quia non ita proprietates suas tenuit utraque substantia: ut personarum in eis possit esse discretio. nec si creatura in societate creatoris est assumpta: ut ille habitator & illa habitaculum esset: sed ita ut nature alteri altera misceretur. & quousque alia sit: que suscipitur: alia uero que suscipit: in tantam tantam unitatem conuenit utriusque diuersitas: ut unus idemque sit filius: qui se & secundum quod est homo: patre dicitur minore: & secundum quod uerus est deus: patri proficitur equalis. Hanc unitatem dilectissimi quam creatori creatura conferit: intelligentie oculis cernere cecitas Ariana non potuit. que unigenitum dei eiusdemque cum patre glorie atque substantie esse non credens minore dixit filii deitatem. De his argumenta sumemus que ad formam sunt referenda seruilem quam idem filius dei ut ostendat in se non discrete neque alterius persone: sic cum eadem dicit: Ego & pater unum sumus. in forma enim serui quam nostre reparationis causa in fine seculorum suscepit: minor est patre. in forma autem dei in qua erat ante secula: equalis est patri. In humilitate humana factus est ex muliere. factus sub lege. In maiestate diuina manens dei uerbum per quod facta sunt omnia. Proinde qui manens in forma dei fecit hominem: in forma dei factus est homo. sed utrumque deus de maiestate suscipientis: utrumque homo de humilitate suscepti. Tener. n. sine defectu proprietatem suam utraque natura. & sicut formam serui forma dei non adimit: ita formam dei serui forma non minuit. Sacramentum itaque unite cum infirmitate uirtutis propter eandem hominis personam minore patre dici filium sinit. deitas autem que una est in trinitate patris & filii & spiritus sancti omnem inequalitatem excludit. nihil enim ibi habet eternitas temporale: nihil natura dissimile. una illic uoluntas est. eadem substantia par potestas. & non tres dei: sed unus est deus: quia & inseparabilis est unitas: ubi nulla potest esse diuersitas. integra igitur ueri hominis perfecta que natura uerus natus est deus totus in suis totus in nostris. nostra autem dicimus: que in nobis ab initio creator condidit. & que reparanda suscepit. Nam ille qua deceptor inuexit: & homo deceptus amisit: nullum habuerunt in saluatore uestigium. nec quia communionem humanarum subuit infirmitatum: ideo nostrorum princeps fuit delictorum. assumpsit formam serui sine sordibus peccati. humana prehensit. diuina non minuens. Exinanitio illa qua se inuisibilis uisibile prebuit: inclinatio fuit miserationis non defectio potestatis. Ut ergo ad eternam beatitudinem ab originalibus uiculis

et a mūdānis reuocemur erroribus: ipse ad nos descendit: ad quem
 nos non poteramus ascendere. quia & si multis inerat amor ueri:
 incertarū tñ opinionū uarietas fallētū demonū decipiebat astutia.
 & falsi noī scientia in diuersas cōpugnantesq; sententias humana
 ignorantia trahebat. Ad auferendū aut̄ hoc ludibriū quo captiue
 mētes sup̄bienti diabolo seruebāt: nō sufficebat doctrina legalis.
 nec p̄ solas cohortatiōes p̄pheticas poterat natura nostra repari.
 sed adicienda erat ueritas redemptionis mortalibus institutis. et
 corruptam ab initio originem nouis renasci oportebat exordis.
 Offerenda erat p̄ reconciliandis hostia: que esset nostri generis
 sota: & nostre cōtaminationis aliena: ut hoc p̄positum dei quo
 peccatū mūdi in Iesu Xpi placuit natiuitate ac passiōe delere ad
 omnū generationū secula p̄tineret. nec turbarent nos: sed potius
 confirmarent mysteria p̄ tēporū rōne uariata: cū fides q̄ uiuimus:
 nulla fuerit etate diuersa. Cessent igit̄ illorū querele: qui impio
 murmure diuinis dispēsatiōibus obloquētes de dominice natiuitatis
 tarditate causant. tanq̄ p̄teritis temporibus nō sit impensū qđ in
 ultima mūdi etate ē gestū. Verbi incarnatio hec cōtulit faciēda:
 que facta. & sacramentū salutis hūane in nulla unq̄ antiquitate
 cessauit. Quod p̄dicauerūt Apostoli: hoc anūtiauerūt Prophete.
 nec sero est impletū: qđ semp̄ est creditū. Sapientia & benignitas
 dei ac salutiferi opis mora capaciores nos sue uocatiōis effectit: ut
 qđ multis signis multis uocibus multisq; mysteriis p̄ tot fuerat secula
 p̄nūtiatū: in his diebus Euangelii nō esset ambiguū. Et natiuitas
 que oīa miracula omnēq; intelligentie erat excessura mensuram
 tanto cōstantiorē in nobis gigneret fidem: q̄nto p̄dicatio eius &
 antiq̄or p̄cessisset: & crebrior. Non itaq; nouo cōsilio deus rebus
 hūanis nec sera miseratione consuluit. sed a cōstitutiōe mūdi unā
 eandēq; omnibus cām salutis instituit. Gratia aut̄ dei q̄ semp̄ est
 uniuersitali iustificata s̄ctoꝝ: aucta ē Xpo nascēte nō cōcepta.
 Et hoc magne pietatis sacramentū quo totus iam mūdus impletus
 est: tā potens etiā in suis significatiōibus fuit: ut nō minus adepti
 sint: q̄ in illud credere p̄missū: q̄ qui suscepe donatū. **V**nde cū
 manifesta pietate dilectissimi tāte in nobis diuine bonitatis effuse
 sint gratie: q̄bus ad eternitatē uocandis non solū exēplū p̄cedētū
 utilitali ministravit: sed etiam ipsa ueritas uisibilis & corporalis ap/
 paruit: non segni atq; carnali leticia diē dñice natiuitatis celebrare
 debemus. qđ digne ac diligenter fiet a singulis: si meminerit q̄sq;

cuius membrum sit: & cui corpori coaptatum. ne sacre edificationi discors compago non hereat. Considerate dilectissimi & secundum illuminationem spiritus sancti prudenter aduertite: quod nos in se suscepit: & quem susceperimus in nobis. quoniam sicut factus est dominus caro nostra nascendo: ita & nos facti sumus ipsius renascendo. ideo & membra Christi & templum sumus spiritus sancti: & ob hoc beatus Apostolus dicit: Glorificate & portate deum in corpore uestro: quod formam nobis sue mansuetudinis & humilitatis insinuans ea nos uirtute tribuit: quam redemit. ipso domino pollicente uenite ad me omnes qui laboratis: & onerati estis: et ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos: & discite a me quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem a labiis uestris. Suscipiamus ergo regentis nos ueritatis non graue nec asperum iugum. & similes eius humilitati similes: cuius glorie uolumus esse conformes: ipso auxiliante & producente nos ad promissiones quae secundum magnam misericordiam suam potens est peccata nostra delere. & sua in nobis dona perficere. Iesus Christus dominus noster. qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

De natiuitate domini eiusdem sermo quartus.

Semp quidem dilectissimi diuersis modis multisque mensuris humano generi ueritas diuina consuluit. & plurima prouidentie munera sua omnibus retroseculis clementia impartit. Sed in nouissimis temporibus omnem abundantiam solite bonitatis excessit quando in Christo ipsa ad peccatores misericordia ipsa ad errantes ueritas ipsa ad mortuos uita descendit. **U**t uerbum illud coeternum & coequale genitori in unitate deitatis suae materiam nostre humilitatis assumeret. et deus de deo natus idem etiam de homine nasceretur. Promissum quidem hoc a constitutione mundi: & multis significatiombus rebus atque uerbis semper fuerat prophetatum. sed quantum hominum portionem figure ille & mysteria obumbrata saluarent: nisi longa & occulta promissa aduentu suo Christus impleret? Ut quod tunc paucis credentibus profuit faciendum: iam innumeris fidelibus prodesse effectum: Ita ergo nos non in signis non imaginibus ad fidem ducimur. sed Euangelica historia confirmata quae factum credimus: adoramus. accedentibus ad eruditionem nostram prophetis instrumentis. ut nullo modo habeamus ambiguum: quod tantis oraculis scimus esse predictum. Hinc enim est quod dominus Abrae ait. In semine tuo benedicent omnes gentes. Hinc David propheticis spiritus promissionem dei canit dicens: Iurauit dominus ueritatem David. & non frustrabit eum.

de fructu uentris tui ponā sup sedē tuā. Hinc idē dñs p̄ Esaiam: Ecce uirgo inqt̄ i utero cōcipiet: & pariet filiū. & uocabit̄ nomē eius Emanuel: qđ̄ interpretat̄ nobiscū deus. & itez; Exiet uirga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet. in q̄ uirga nō dubie q̄ beata uirgo Maria p̄dicta est: que de Iesse & Dauid stirpe p̄genita & spū sancto fecundata nouū florē carnis hūane utero qđ̄ materno sed p̄tu est enixa uirgineo. **Exultent ergo iusti i dño & in laudē dei corda credentiū. & mirabilia eius confiteantur filii hoīm: qm̄ in hoc p̄cipue diei opere hūilitas: nostra cognoscit q̄nti eā suus cōditor estimarit: q̄ cū origini humane multū dederit: qđ̄ nos ad imaginē suā fecit: reparatiōi nostre longe amplius tribuit: cum seruili forme ipse se dñs coaptauit. Quauis ex una eademq; pietate qcq; creature creator ip̄ndit: minus tñ mirū est hoīem ad diuina p̄ficere: q̄ deū ad hūana descēdere. Hoc aut̄ nisi facere dignet̄ omnipotens deus: nulla quenq; species iusticie nulla forma sapiētie de captiuitate diaboli & a p̄fūdo eterne mortis erueret. Condemnatio enī ex uno in omnescū peccato transiēs p̄maneret: & letali uulnere labefacta natura nullū remediū reperiret: quia conditionē suā suis uiribus mutare nō posset. Primus nanq; homo carnis substantiā accepit e terra. & rōnabili spū p̄ insufflationem creatis animatus ē: ut ad imaginē & similitudinē sui autoris uiuēs formā bonitatis atq; iusticie in splēdore imitatiōis: tanq; in speculatore seruaret. quam nature sue speciosissimā dignitatem: si per obseruantia legis date p̄seueranter extolleret: ipsam illā terreni corporis q̄litate ad celestē gloriā mens incorrupta p̄duceret. Sed q̄a inuido atq; deceptorī temere atq; infeliciter credidit: & sup̄bie consiliis acq̄escens repositū honoris augmentū occupare maluit: q̄ mereri: nō solū ille homo sed etiā uniuersa in illo posteritas eius audiuit: terra es: & in terrā ibis. q̄lis ergo terrenus: tales & terreni. & nemo immortalis: quia nemo celestis. Ad huius itaq; peccati & mortis uinculū resoluendum omnipotens filius dei oīa implens oīa continens eq̄lis p̄ oīa patri & in una ex ipso & in ipso sēpiternus essētia naturā in se suscepit hūanā: & creator & dñs rez; dignatus est unus esse mortalium. electa sibi matre quā fecerat. que salua integritate uirginea corporee esset tñ ministra substātie ut hūani generis cessante cōtagio nouo homini & puritas inesset & ueritas. Non enī in X̄po ex utero uirginis genito q̄a natiuitas est mirabilis: ideo est natura dissimilis. Qui enim uerus est deus: idem uerus**

est homo. & nullū est in utraq; substantia mendaciū. Verbū caro factū est puectione carnis: nō defectiōe deitatis. que sic potētiā suā bonitatemq; moderata est ut nostra suscipiendo pueheret: et sua cōmunicādo nō pderet. In hac natiuitate Xpi Esaiē sermo cōpletus est dicentis: Producat terra. & germinet Saluatorē. et iusticia oriat̄ simul. Terra enim carnis hūane que in pmo fuerat p̄uaricatore maledicta: in hoc solo beate uirginis partu germen edidit b̄ndictū. & a uitio sue stirpis alienū. Cū spiritalē originem in regeneratiōe quisq; consequit̄. & omni homini renascenti aqua baptismatis instar est uteri uirginalis. eodem spū sancto replente fontem q̄ repleuit & uirginē. ut peccatum qđ ibi uacuauit sacra cōceptio: hic mystica tollat ablutio. Ab hoc sacrāto dilectissimi insanus Manicheoz error alienus est. nec ullā habent in Christi regeneratiōe cōsortiū: q̄ eū de Maria uirgine negāt corporaliter natum. ut cuius non credunt ueram natiuitatē: nec uerā recipiāt passionē. & quē nō confitent̄ uere sepultum: abnuant ueraciter suscitātū. Ingressi enī p̄ruptā execrandi dogmatis uia in q̄ nihil non tenebrosū nihilq; nō lubricū est: ruunt in p̄funda mortis per p̄cipitia falsitatis. nec aliqd solidū cui imitant̄: inueniunt. qui p̄ter oīa diabolici p̄bra cōmenti in ipso p̄cipuo obseruationis sue festo sicut p̄xima eoz confessione patefactū est ut animi ita & corpis pollutiōe letant̄. nec in pudore nec in fide integritatē seruantes: ut & in dogmatibus suis impii: & in sacris inueniāt̄ obsceni. Alie hereses dilectissimi licet merito om̄s in sua p̄uersitate dānande sūt: habent tñ singule in aliq̄ sui p̄te qđ uez ē: Arius dei filiū minorē patre & creaturā esse definens & ab eodē inter oīa creatū putās spiritū sanctū magna impietate se pdidit. sed sēpiternā atq; incōmutabilē deitatē quā in trinitatis unitate nō uidit in patris essētia non negauit. **M**acedonius aut̄ a luie ueritatis alienus diuinitatē sancti spūs non recipit: sed in patre & filio unā potētiā & eandē confessus est esse naturam. Sabellius iexplanabili errore cōfusus unitatē substantie in patre & filio & spiritu sancto inseparabilem sentiens qđ eqlitati tribuere debuit: singularitati dedit. & cū uerā trinitatē intelligere nō ualeret: unā eandemq; credidit sub triplici appellatiōe p̄sonam. **P**hotinus mentis cecitate deceptus in Xpo uez & substātie nostre confessus est hoīem: sed eundē deū de deo ante oīa secula genitū esse nō credidit. **A**pollinaris fidei cecitate priuatus filiū dei ita uerā hūane carnis credidit suscepisse naturā:

ut i illa carne diceret animã nõ fuisse: qa uicẽ eius expleuerit ipsa diuinitas. Hoc mō si omnes quos catholica fidel dānat: retractẽt errores: in aliis atq; aliis qdem inuenitur qđ a dānabilibus possit abiungi. **I**n manicheoz; aut scelestissimo dogmate prorsus nihil est: qđ ex ulla parte possit tolerabile iudicari. Sed uos dilectissimi quos nullis dignius q̃ beati Petri alloquor uerbis: genus electum regale sacerdotiũ gens sancta populus acq̃sitiõis edificatũ super inuiolabilẽ petram Xpm ipsiq; dño Saluatori nostro per ueram susceptionẽ nostre carnis inserti pmanete stabiles in ea fide quam confessi estis corã multis testibus & in q̃ renati p aquã & spm sc̃m accepistis chrisma salutis & signaculũ uite eterne. Si qđ aut uobis aliquid annuntiauerit: p̃ter id qđ didicistis: anathema sit. Nolite impias fabulas preponere lucidissime ueritati. & quicquid contra regulã catholici & apostolici symbali aut legere aut audire contigerit: id omnino mortifex; & diabolicũ iudicate. Nõ uos seducãt deceptoris artibus ficta & simulata ieiunia: que non ad purificationẽ sed ad pditionem pficiũt animaz;. speciẽ qdem sibi pietatis & castitatis assumũt: sed hoc dolo actuũ suoz; obscena circũtegũt et de p̃phanis cordis penetrabilibus iacula qbus simplices uulnerent: emittũt. ut sicut ait Propheta: sagittent in obscuro rectos corde. Magnũ presidiũ est fidel integra. fidel uera. in q̃ nec augeri ab ullo quicq; nec minui potest. qa nisi una est: fidel nõ est. dicente Apostolo: Vnus dñs: una fidel: unũ baptisma. unus deus & pater omniũ sup omnes & p omnia & in omnibus nobis. Huic unitati dilectissimi incõcussis mētib; inherete. & in hac omnem sectamini sanctitatẽ: & in hac p̃ceptis dñi deseruite. qa sine fide ipossibile est placere deo. Et nil sine illa sc̃m nihil castũ ẽ nihil est uiuũ. iustus enĩ ex fide uiuit quã q diabolo decipiente pdiderit: uiuẽs mortuus erit. qa sicut p fidẽ uerã uita obtinet eterna: dñte dño saluatore: hec ẽ aut uita eterna ut cognoscãt te solũ ue; deũ: & quẽ misisti Iesũ Xpm qui nos pficere & p̃seuerare faciat usq; in finẽ. Qui uiuit & regnat in secula seculoz;. Amen.

Eiisdem de natiuitate domini sermo quintus.

Quanis dilectissimi ineffabilis sit natiuitas domini nostri Iesu Christi q̃ se nature nostre carne uestiuit: audeo tñ non de facultate mea sed de ipsius inspiratõe p̃sumere. ut i die q in sacramentũ búane restorationis electus est: aliqd a nobis qđ audiẽtes

possit edificare: promat. Nō enim q̄a maior pars Ecclesie dei q̄d credit: intelligit: ideo necessariū nō est: etiā que dicta sūt: dicere: cū utiq; nūc multis ad fidē primū uenientibus oris nostri officium debeamus. Meliusq; sit doctos onerare iā notis: q̄ rudes fraudare discendis. Quod ergo filius dei qui cū patre & spū sancto nō unius p̄sone sed unius essentie dignatus est hūanitatē nostre p̄iceps fieri & unus passibiliū unus uoluit eē mortaliū: tā sacratū tāq; mirabile est: ut ratio diuini consilii sapientibus mūdi parere non possit: nisi hūane ignorantie tenebras lux uera discussit. Non enim in solo opere uirtutū aut ī sola obseruātia mandatoꝝ sed etiā in tramite fidei angusta & ardua uia est: que ducit ad uitā. & magni laboris est: magniq; discriminis iter dubias impitōꝝ opinioēs & uerisimiles falsitates p̄ unā sane doctrine semitā inoffensis gressibus ābulare. Et cū undiq; se laquei erroresq; opponāt: omne piculū deceptiois euadere. Quis autē ad hec idoneus nisi q̄ spū dei & docet: & regit? dicente Apostolo: Nos autē non sp̄m huius mundi accepimus: sed sp̄m q̄ ex deo est: ut sciamus: que a deo donata sūt nobis: Canēte etiā David: Beatus quē tu erudieris dñe: & de lege tua doceris eū. Habentes itaq; dilectissimi inter pericula erroris p̄sidia ueritatis & nō hūane sapientie uerbis sed doctrina spūs sancti eruditi q̄d didicimus: credimus: q̄d credimus: p̄dicamus. dei filiū deū añ secula genitū: & patri sempiterna & consubstantiali eq̄litate coeternum uenisse in hūc mundū p̄ uerē uirginis in hoc sacramentū pietatis electe in qua & ex q̄ edificauit sibi sapientia domū. & formā sibi serui in similitudinē carnis peccati incommutabilis uerbi deitas coaptauit. in nullo apud se & patrē & spiritū sanctū minor gloria sua q̄a diminutionē & ueritatē sūme & eterne essentie natura non recepit. p̄pter nostrā autē infirmitatē extenuauit se incapabilis sui & uelamine corporis splendorē maiestatis sue quē uisus hoīm no ferebat: respexit. Vnde etiā exinanisse se dicit: tanq̄ se p̄pria uirtute euacuauerit: dū ī ea hūilitate qua nobis cōsuluit: nō solū patre sed etiā seipso factus est inferior. nec aliqd illi hac īclinatōe decessit: cui cum patre & spiritu sancto hoc q̄d est: cōmune est: ut hoc ipsū intelligamus ad oīpotentiā p̄tinere: q̄d q̄ sc̄dm nostra minor est: sc̄dm p̄pria minor nō est. Quia enī lux ad obcecatos uirtus ad imbecilles misericordia respexit ad miseros: de magna factū est potestate ut dei filius subst̄tiā hūanā causāq; suscepit: qui & nostrā naturā quā cōdidit: reformaret. & mortē quā non

fecit: aboleret. Repudiatis igitur longeque abiectis omnibus opinionibus
 impiorum quibus aut stulticia est crux Christi aut scandalum: exultet
 rectarum mentium fides. & uerum unumque dei filium non solum secundum deitatem
 quam a patre genitus sed etiam secundum humanitatem quam de matre uirgine est
 natus: intelligat. Ipse est. n. in humanitate nostra: qui est in maiestate
 diuina uerus homo. & uerus deus. sempiternus in suis. temporalis in
 nostris. unum cum patre in substantia que nunquam fuit minor patre.
 unum cum matre in corpore quod creauit. In assumptione enim nature
 nostre nobis factus est gradus: quo ad ipsum per ipsum possimus ascen-
 dere. Nam illa essentia que semper ubique tota est: locali descensione
 non eguit. & tam ei proprium fuit totam homini inseri: quam ei proprium est
 totam a patre non diuidi. Manet ergo quod in principio erat uerbum:
 & non est ei accidens: ut quod est: aliquando non fuerit. Sempiternae enim
 filius filius est. & sempiternae pater pater est. **U**nde cum ipse filius
 dicat: qui uidet me: uidet & patrem: execauit te o heretice impietas
 tua. & qui filium maiestatem non uidisti: patris gloriam non uidebis. Dicendo
 enim genitum esse qui non erat: filium asseris temporalem. & dum filium
 asseris temporalem: credidisti patrem esse mutabilem. Mutabile enim est
 non solum quod minuit: sed etiam quicquid auget. & si ideo patri impar
 est genitus. quia ut tibi uideatur generando eum qui non erat: genuit.
 imperfecta erat etiam generantis essentia: que ad habendum quod non
 habuit: generando profecit. Sed hanc impiam puerilitatem tuam
 fides catholica execrat. & damnat. que in deitate uera nihil tempa-
 litatis agnoscit. sed unius sempiternitatis & patrem confiteatur & filium
 quia splendor ex luce ortus non est luce posterior. & lux uera
 nunquam est sui splendoris indiga. sic substantiale semper habens fulgere
 sicut substantiale semper habet existere. Huius autem splendoris
 manifestatio missio dicitur: quam Christus mundo apparuit. & cum omnia
 inuisibili maiestate sua semper impletet: tamen quasi de remotissimo
 altissimoque secreto us quibus erat ignotus: aduenit. cum cecitatem
 ignorantie sustulit: sicut scriptum est: sedentibus in tenebris & in
 umbra mortis: lux orta est eis. Quauis enim etiam prioribus seculis
 ad illuminationem sanctorum patrum & Prophetarum lumen ueritatis
 emissum sit: dicente Dauid: Emitte lucem tuam & ueritatem tuam: &
 diuersis modis multisque signis opera presentie sue deitas filii decla-
 rauit: omnes tamen ille significationes cunctaque miracula testimonia
 fuerunt istius missionis: de qua dicit Apostolus: Cum ergo uenit pleni-
 tudo temporis misit deus filium suum natum ex muliere factum sub lege:

quid uero hoc est nisi uerbū carnē fieri? Conditozem mundi per
utēz uirginis nasci? Dñm maiestatis hūanis se coaptare p̄mordus?
Et licet cōceptui spiritali nulla sint terreni semis mixta cōtagia:
ad suscipiēdū tñ uere carnis substātiā solā sūpsit de matre naturā.
Hac missione q̄ deus unitus est hoī: filius impar est patri. nō ī eo
qđ ex patre sed in eo qđ ē factus ex hoīe. Eqlitatē. n. inuola/
bilem quā habet deitas: nō corrumpit hūanitas. & creatoris ad
creaturā descēsiō credentiū est ad eterna p̄uectio. Nā q̄a sicut
ait Aplūs: In sapientia dei non cognouit mūdus p̄ sapientiā deū:
placuit deo p̄ stulticiā p̄dicatiōis saluos facere credentes. Mundo
ergo id est prudentibus mūdi sapientia sua cecitas facta est. nec
potuerūt p̄ illā cognoscere deū ad cuius noticiā nō nisi ī sapiētia
eius accedit. & ideo q̄a mūdus de uanitate suoꝝ dogmatū sup̄bie/
bat: in eo constituit dñs saluandoꝝ fidē qđ & indignū uideret:
et stultū ut & deficientibus omnibus opinionū p̄sūptionibus sola
dei gratia reuelaret: qđ cōphēdere hūana itelligētia nō ualeret.
Agnoscat igit̄ Catholica fides in hūilitate dñi gloriā suam. & de
salutis sue sacramentis gaudeat Ecclesia: que corpus est Xpi. q̄a
nisi uerbū dei caro fieret: & habitaret in nobis: nisi ī cōmunionē
creature creator ipse descenderet: & uetustatē hūanā ad nouum
principiū sua natiuitate reuocaret: regnaret mors ab Adā usq; in
finem. & sup̄ hoīes condēnatio insolubilis p̄maneret. Cum de sola
cōditiōe nascendi una cūctis esset causa p̄uēdi. solus itaq; inter
filios hoīm dñs Iesus inocens natus: q̄a solus sine carnalis cōcupis/
centie pollutioē conceptus factus est homo nostri generis: ut nos
diuine nature possimus esse cōsortes. originē quā sūpsit in utero
uirginis: posuit in fonte baptismatis. dedit aque qđ dedit matri.
uirtus enim altissimi & obumbratio spūs sancti que fecit ut Maria
pareret Saluatorē: eadē fecit: ut regeneret unda credentē. Quid
enim sanādis egris: illūandis cecis: uiuificandis mortuis aptius fuit:
q̄ ut sup̄bie uulnera humilitatis remedus curarent? Adam p̄cepta
dei negligens peccati induxit damnationē. Iesus factus sub lege
reddidit iusticie libertatē. ille diabolo obtemperans usq; ad p̄uari/
cationē meruit ut in ipso om̄s morerent. hic patri obediēs usq; ad
crucē fecit: ut in ipso omnes uiuificarentur. ille cupidus honoris
angelici nature sue pdidit dignitatē. Hic ifirmitatis nostre susci/
piens conditionem propter quos ad inferna descendit: eosdem in
celestibus collocauit. Postremo illi p̄ elationē lapsū dictū ē: terra

es: & in terram ibis: huic per subiectionē exaltato dictū est: sede a dextris meis. donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Hec dñi nostri opa dilectissimi nō solū sacramento nobis utilia sūt: sed etiā imitationis exēplo. si in disciplinā ipsa remedia transferant. qđq; impensū ē mysteris: p̄sic & moribus. ut meminerimus nobis in hūilitate & mansuetudine redēptoris nostri esse uiuendū: qm̄ sicut ait Apostolus: Si cōpatimur: & cōregnabimus. frustra enim appellamur X̄piani: si imitatores non simus X̄pi. q̄ ideo se uiam dixit esse: ut cōuersatio magistri forma eēt discipuli. & illā hūilitatē eligeret seruus: quā seclatus est dñs. Qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ De natiuitate eiusdem sermo sextus.

OMnibus qđem diebus dilectissimi atq; tēporibus animis fidelium diuina meditantium dñi & Saluatoris nostri ex matre uirgine ortus occurrit. ut mēs ad cōfessionē sui autoris erecta siue ī gēitu supplicationis siue in exultatiōe laudis siue in sacrificii oblatione uersec: nihil celebrius nihilq; magis fidēter spiritali attigat scuitu: q̄ qđ deus dei filius genitus de patre coeterno idē etiā ptu ē natus hūano. Sed hanc adorandā in celo & in terra natiuitatē nullus nobis dies magis q̄ hodiernus insinuat. & noua etiā in elemētis luce radiantē totā sensibus nostris mirabilis sacramti īgerit claritē. Nō solū enim in memoriā sed in conspectū quodāmodo redit angeli gabrielis cū Maria stupente colloquū. & cōceptiōe de spū scō tā mire p̄missa q̄ credita autor mundi editus est utero uirginali. & qđ om̄s naturalis cōdidit: eius ē factus filius: quā creauit. Hodie uerbū dei carne appuit uestitū. & qđ nunq̄ fuit humanis oculis uisibile: cepit etiā manibus esse tractabile. Hodie genitū in nostre carnis aīeq; substantia Saluatorē angelicis uocibus didicere pastores. et apud dñicoꝝ p̄sules gregū hodie euangelizandi forma p̄condita est: ut nos quoq; cū celestis militie dicamus exercitu: Gloria in excelsis deo & ī terra pax hominibus bone uolūtatis. Quāuis igit̄ illa infantia quam filii dei non est dedignata maiestas: in uirum perfectū etatis adiectione p̄uecta sit: & consumato passionis & resurrectionis triūpho omnes susceptē p̄ nobis hūilitatis trāsierit actiones: renouat tamen nobis hodierna festiuitas nati ex Maria uirgine sacra primordia. & dū Saluatoris nostri adoramus ortum: inuenimur nos nostrum celebrare principū. Generatio enim X̄pi

*No.
fo. 7*

origo est populi Christiani. et natalis capitis natalis est corporis.
Habeant licet singuli quique uocatoꝝ ordinē suū: & om̄s Ecclesie
filii tempoꝝ sint successiōe disticti: uniuersa tñ sūma fideiū fonte
orta baptismatis sicut cū Xp̄o in passiōe crucifixi in resurrectiōe
resuscitati in ascensione ad dextram patris collocati ita cum ipso
sumus in hac natiuitate congeniti. Quicquid enim hominū in quocūq;
mūdi pte credētū regenerat̄ in Xp̄o: interciso originalis tramite
uetustatis transit in nouū hoīem renascendo. Nec iā in ppagine
habetur carnalis patris: sed in germine Saluatoris. Qui ideo filius
hoīs est factus: ut nos filii dei esse possimus. Nisi enim ille ad nos
hac hūilitate descenderet: nemo ad illū ullis suis meritis pueniret.
Nihil hic uocatorum cordibus caliginis inferat terrena sapientia.
Nec se contra altitudinem gratie dei mox in ima rediturus terre/
narum cogitationū puluis attollat. Impletum est in fine seculoꝝ:
quod erat ante tempora eterna dispositum. & sub presentia rerū
signis cessantibus figurarum lex & prophetie ueritas facta est: ut
Abraam fieret omnium gentium pater & in semine eius daretur
promissa benedictio: ne u tantum essent Israel: quos sanguis et
caro genuisset. sed in possessionem hereditatis fidei filius p̄parate
uniuersitas adoptiōis intraret. Nec obstrepant ineptarū calumnie
questionū. Nec effectus diuini operis rōcinatio hūana discutiat.
Nos cum Abraam credimus deo. nec hesitamus diffidentia: sed
plenissime scimus: quoniam quod promisit dominus: potens est et
facere. Nascitur ergo non de carnis semine dilectissimi sed de spū
sancto Saluator: quem prime transgressionis condemnatio non
teneret: unde ipsa collati muneris magnitudo dignā a nobis exigit
suo splendore reuerentiam. Ideo enim sicut beatus Aplūs docet:
non spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum qui ex deo est:
ut sciamus: que a deo donata sunt nobis: qui non aliter pie colit̄:
nisi id ei quā ipse tribuit: offerat̄. Quid enim in thesauro dominice
largitatis ad honorē p̄ntis festi tam congruū possumus inuenire: quā
pacē: que ī natiuitate dñi p̄ma est angelico p̄dicata cōcentu? Ipsa
enī est: que parit filios dei. nutrix dilectiōis. & genitrix unitatis.
reges beatoꝝ. & eternitatis habitaculū. cuius hoc opus proprium
spāle beneficium est: ut iūgat deo quos secernit mūdo. unde ad hoc
bonū nos incitat Aplūs dicēs: Iustificati ergo ex fide pacē bēamus
ad deū. cuius sententie breuitate omnīū fere mandatoꝝ continet̄
effectus. qa ubi fuerit ueritas pacis: nihil ibi potest deesse uirtutis

Quid est autem dilectissimi pacem habete ad deum: nisi uelle: quod
 iubet: & nolle quod prohibet? Si enim humane amicitie pares animos
 & similes expetunt uoluntates: nec unquam diuersitas morum ad firmam
 potest uenire concordiam: quomodo diuine particeps erit pacis:
 cui ea placent: que deo displicent? Et uis appetit dilectari: quibus
 illum nouit offendi? Non est iste animus filiorum dei. nec talem
 sapientiam recipit adoptiua nobilitas. genus electum & regium re/
 generationis sue respondeat dignitati. diligat: quod diligit pater. &
 in nullo ab autore suo dissentiat: ne iterum dicat dominus: filios
 genui: & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Agnouit bos possessorem
 suum: & asinus presepe domini sui: Israel autem me non cognouit:
 & populus meus me non intellexit. Magnum est dilectissimi huius
 muneris sacramentum. & omnia dona excedit hoc donum. ut deus
 hominem uocet filium. & homo deum nominet patrem. Per has
 enim appellationes sentitur: & discitur: quis ad tantam altitudinem
 ascendat affectus. Nam si in progenie carnali & stirpe terrena claris
 parentibus genitos uitia male conuersationis obscurant: & ipso maiorum
 suorum lumine soboles indigna confunditur: in quem exitum ueniet:
 qui propter amorem mundi a generatione Christi non metuunt abdicari?
 Si autem ad humanam pertinet laudem. ut patrum decus in prole
 resplendeat: quanto magis gloriosum est: ex deo natos in autoris
 sui imaginem refulgere? Et illum in se qui illos generauit: ostendere:
 dicente domino: Sic luceat lux uestra coram hominibus: ut uideant
 opera uestra bona: & glorificent patrem uestrum: qui in celis est.
 Scimus quidem quod sicut Iohannes Apostolus dicit: Totus mundus
 in maligno positus est: & insidiante diabolo & angelis eius hoc
 innumeris temptationibus laboratur: ut hominem ad superna nitentem
 aut aduersa terreant: aut secunda corrumpant. Sed maior est: qui
 in nobis est: quam qui aduersum nos est. & pacem cum deo habentibus
 ac semper patri cum toto corde dicentibus fiat uoluntas tua: nulla
 preualere certamina: nulli possunt nocere conflictus. accusantes
 enim nosmetipsos confessionibus nostris & consensum animi carnis
 concupiscentis denegantes inimicicias quidem aduersum nos eius
 qui peccati autor est: commouemus. Sed inexpugnabilem cum deo
 pacem gratie ipsius seruido firmamus: ut Regi nostro non solum
 obedientia subiciamur: sed etiam iudicio copulemur. Quoniam si
 in eadem sententia sumus: si quod uult: uolumus: & quod improbat:
 improbamus: ipse iam pro nobis omnia bella conficiet. ipse qui dedit

uelle: donabit & posse. ut simus cooperatores operum eius. & propheticum illud cum fidei exultatione dicamus: dominus illuminatio mea. & salus mea: quem timebo? Dominus defensor uite mee. a quo trepidabo? Qui ergo non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri sed ex deo nati sunt: offerant patri pacificorum concordiam filiorum: etiam in primogenitum noue creature qui uenit non suam sed mittentis facere uoluntatem: uniuersa adoptionis membra concurrant: quoniam gratia patris non discordes neque dissimiles sed unum sentientes unumque amantes adoptauit heredes. ad unam reformatam imaginem oportet animum habere conformem. natalis domini natalis est pacis. sicut. n. ait Apostolus: Ille est pax nostra: qui fecit utraq; unum. quoniam siue Iudeus siue gentilis per ipsum habemus accessum ad patrem: qui ante passionis diem uoluntaria dispositione preelectum. discipulos suos hac precipue doctrina sua informauit: ut diceret: pacem meam do uobis: pacem meam relinquo uobis. & ne sub nomine generali pacis sue qualitas lateret: adiecit. non quemadmodum mundus dat: ego do uobis. non habet inquit mundus amicitias. & multos fecit peruerso amore concordes. Sunt enim in uitis pes animi. & similitudo desideriorum equalitatem gignit affectuum ac siquidam forsitan reperiantur: quibus praua & inhonesta non placeant: quique illicitas consensiones a federe sue caritatis excludant: tamen etiam tales si uel Iudei sint: uel heretici uel pagani non de amicitia dei sed de pace sunt mundi. Pax autem spiritalium & catholicorum a supernis ueniens & ad superna perducens cum amatoribus mundi non uult communionem misceri. Sed omnibus obstaculis resistere: & ad uera gaudia a perniciosis delectationibus euolare: dicente domino: Vbi fuerit thesaurus tuus: ibi est & cor tuum. hoc est si deorsum sunt: que amas: ad ima descendes. si sursum sunt: que diligis: ad summa peruenies. quo nos unum uolentes unum sentientes & in fide ac spe & in caritate concordes spiritus sanctus agat: atque pducatur: quoniam quicumque spiritu dei aguntur: uel filii sunt dei: qui regnat cum filio & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

De Natiuitate domini. Sermo. VII.

Hestiuitatis hodiernae dilectissimi uenerator est & ipsius cultor qui nec de incarnatione aliquid falsum nec de deitate aliquid sentit indignum. Pars enim periculi malum est: si aut illi nature nostre

ueritas aut paterne glorie negat equeitas. Cū ergo ad intelligendū
 sacramētū natiuitatis Xpi q̄ de matre uirgine ē ortus: accedimus:
 abigatur procul terrenarum caligo rationum. & illuminante fidei
 oculo mūdane sapientie fumus abscedat. Diuina ē enim autoritas:
 cui credimus. diuina est doctrina: quā sequimur. quoniā siue legis
 testificatiōi: siue oraculis Prophetarū: siue angelice tube interiorē
 admoueamus auditū: uerū est: qđ Iohannes plenus spiritu sancto
 intonuit. In p̄ncipio erat uerbum. & uerbum erat apud deum. &
 deus erat uerbū. hoc erat in principio apud deum. omnia p̄ ipsum
 facta sūt. & sine ipso factum est nihil. Et similiter uerum est: qđ
 idē predicator adiecit: Et uerbum caro factum est. & habitauit
 in nobis. & uidimus gloriam eius. gloriam quasi unigeniti a patre.
 plenum gratia & ueritatis. In utraq; enim natura idem ē dei filius
 nostra suscipiēs: & pp̄ria nō amittens. in homine hominē renouās:
 in se impermutabilis perseuerans. Deitas enim que illi cum patre
 cōmunis est: nullū detrimentū omnipotentie subit. nec dei formā
 serui forma uiolauit: quia summa & sempiterna essentia que se ad
 hūani generis inclinauit salutē: nos q̄dem ī suā gloriā trāstulit. sed
 qđ erat: esse nō destitit. unde cum unigenitus dei minor ē se patre
 confitēt: cui se dicit equele: ueritatē in se forme utriusq; demōstrat:
 ut & humanā p̄bet imp̄ital. & diuinā declaret equeitas. Maieitati
 igitur filii dei corporea natiuitas nihil abstulit. nihil cōtulit. quia
 subst̄tia incōmutabilis nec minui potuit. nec augeri. Quod enim
 uerbū caro factū est: nō hoc significat: q̄ in carnē sit dei natura
 mutata. sed q̄ a uerbo in unitatē p̄sone sit caro suscepta. In cuius
 utiq; nomie homo totus accipit: cū quo it̄ra uirginis uiscera s̄cto
 spiritu fecundata: & nūq̄ uirginitate caritura tam inseparabiliter dei
 filius est: unitus: ut qui erat intempaliter de essentia patris genitus:
 ipse sit temporaliter de utero uirginis natus. aliter enim ab eterne
 mortis uinculis nō possemus absolui: nisi in nostris fieret humilis: q̄
 omnipotēs p̄manebat in suis. Nascēs itaq; dñs noster Iesus Xpus
 homo uerus: q̄ nūq̄ destitit eē deus uerus: noue creature in se fecit
 exordiū. & ortus sui forma dedit humano generi sp̄ale principiū:
 ut ad carnalis generatiōis abolēda cōtagia eēt regenerandis origo
 sine semine criminis: de q̄bus dicit: Qui nō ex sanguinibus neq; ex
 uolūtate carnis neq; ex uoluntate uiri: sed ex deo nati sunt. Que
 hoc sacramētū mens cōprehendere que hanc gratiā ualet lingua
 narrare? Redit in innocētiā inq̄ras. & in nouitatē uetustas. in

adoptionē ueniunt alieni. & in hereditatē ingrediūt extranei. de
impis iusti de auarīs benigni de incontinentibus casti de terrenis
incipiūt esse celestes. Que autē est ista mutatio nisi dextre excessi?
Quoniā uenit filius dei dissoluere opera diaboli: & ita se nobis nos
quoq; inserit sibi ut dei ad humana descētio fieret hoīs ad diuina
puectio. In hac dilectissimi misericordia dei cuius erga nos mag/
nitudinē explicare nō ualemus: multa sollicitudine precauēdū ē
Christianis ne diabolicis iterū capiāt insidias. & eisdē rursū quibus
renūtauerant: erroribus iplicent. Nō. n. desinit hostis antiquus
trāfigurās se in angelū lucis deceptionū laqueos ubiq; pretendere.
& ut quoquō fidē credētiū corrūpat: instare. Nouit cui adhibeat
estus cupiditatis. cui illecebras gule ingerat. cui apponat itamēta
luxurie. cui infundat uirus inuidie. Nouit quē merore cōturbet.
quē gaudio fallat. quē metu opprimat: quē admiratione seducat.
oīm discutit consuetudinē. uētilat curas. scrutat effectus. & ibi cās
querit nocēdi: ubi quēq; uiderit studiosius occupari. Habet etenī
multos ex eis quos tenacius obligauit: aptus suis artibus: quorū ad
alios decipiēdos & īgenis utat & linguis. Per istos remedia egritu/
dinum indicia futuroꝝ placatiōes demonū & depulsiōes pmittuntē
umbrarū. Addunt & illi q totā hūane uite conditionē de stellarū
pēdere effectibus mētuntē. & q ē aut diuine uolūtatis aut nostre
indeclīabiliū dicūt eē fatoz. Que tñ ut cumulatiuē noceāt: spōdēt
posse mutari: si illis que aduersāt sideribus: supplicet. unde cōmētū
impiū sua rōne destruit: qa si p̄dicta nō permanent: nō sunt fata
metuēda. si p̄manent: nō sunt astra ueneranda. De talibus īstitutis
etiā illa generat īpietas: ut sol ī inchoatiōe diurne lucis exurgens
a qbusdam insipiētoribus de locis eminētoribus adoret. qdem nō/
nulli etiā X̄piani adeo se religiose facere putāt: ut prius q̄ ad beati
Petri Ap̄li Basilicā que uni deo uiuo & uero ē dedicata/ pueniāt:
supatis gradibus qbus ad suggestū are superioris ascendit: conuerso
corpe ad nascentē se solē reflectāt. & curuatis ceruicibus ī hōrem
se splēdidi orbis inclinēt. Quod fieri partim ignorantie uitio p̄tim
paganitatis sp̄u multū tabescimus. & dolemus. Quia etsi qdā forte
creatorē potius pulchri lumis q̄ ip̄m lumē qd ē creatura: uenerāt:
abstinendū tñ ē ab ipsa huiusmodi specie officii: quā cū in nostris
inuenit: q deoz cultū reliqt: nōne hāc secū partē opiniōis uetuste
tāq; p̄babilē retētabit: quā Christianis & ip̄is uiderit eē cōmunē?
Abiciat ergo a cōsuetudine fidelīū dānāda puerilitas. Nec honor

uni deo debitas eorum ritibus que creaturis seruiunt: misceat. dicit enim
 scriptura diuina: dominum deum tuum adorabis: & illi soli seruias. Et beatus
 Iob: Homo sine querela ut ait dominus: & abstinens se ab omni re mala:
 nunquam uidi inquam solē cum fulgeret: & lunam incidentem clare & letatum
 est cor meum in abscondito? Et osculatus sum manum meam? Que est
 iniquitas maxima. & negatio contra deum altissimum. Quid autem est sol
 uel quid est luna nisi uisibilis creature & corporee lucis elementa?
 quorum unum est maioris claritatis. & aliud minoris est luminis. sicut. n.
 alia diurna alia nocturna sunt tempora: ita diuersam in luminibus
 claritatem creator instituit. cum tamen prius quam hec fierent: & dies sine solis
 officio & noctes sine lune ministerio precessissent. Sed concedebantur
 ista ad faciendum hominis utilitatem: ut rationale animal nec in distinctione
 mensium nec in recursum annorum nec in dinumeratione temporum falleret:
 cum per inequum horarum impetum moras & dissimilium ortuum signa ma-
 nifesta & annos sol concluderet: & menses luna renouaret. Quarto
 namque ut legimus: die dixit deus fiant luminaria in firmamento celi: ut
 luceant super terram: & diuidant inter diem & noctem: & sint in signa &
 tempora & dies & annos & sint in firmamento celi ut luceant. Exprobrare
 homo & dignitatem tue cognosce nature. recordare te factum ad
 imaginem dei: que etsi in Adā corrupta est: in Christo tamen est reformata.
 Utere quo modo utendum est uisibilibus creaturis: sicut uteris terra:
 mari: celo: aere: fontibus: & aque fluminibus: & quicquid in eis pulchrum
 atque mirabile est: refer ad laudem & gloriam conditoris. Noli esse deditus
 illi luminis: quo uolucres & serpentes quo bestie & pecudes quo musce
 delectantur & uermes. lucem corpoream sensu tange corporeo. & toto
 mentis affectu illud uerum lumen amplectere: quod illuminat omnem hominem
 uenturum in hunc mundum. & de quo dicit Propheta: Accedite ad eum:
 & illuminamini. & uultus uestri non erubescunt. Si enim templum dei
 sumus: & spiritus dei habitat in nobis: plus est quod fidelis quisque
 habet in sua anima: quam quod miratur in celo. Non utique uobis dilectis-
 simi hoc aut indicimus: aut suademus: ut despiciatis opera dei: aut
 contrarium aliquid fidei uestre in uis que bonus bona condidit: estimetis.
 sed ut omnium creaturarum specie & uniuerso huius mundi ornatu
 rationabiliter & temperanter utamini. Que. n. uidentur: ut ait Apostolus:
 Temporalia sunt. que autem non uidentur: eterna. Quia autem ad presentia
 sumus nati: ad futura sumus renati: non temporalibus bonis dediti sed
 eternis simul intenti. ut & spem nostram possimus propius intueri. in
 ipso sacramento natalis domini cogitemus quod nature nostre gratia diuina

cóntulerit. audiamus Aplúm dicētē: Mortui. n. estis: & uita uestra
abscóditā ē cū Christo in deo. Cū autem Cbristus apparuerit uita
uestra: tūc & uos apparebitis cū ipso in gloria: qui uiuit & regnat
in secula seculorum Amen.

De Natiuitate domini. Sermo. VIII.

QUoniam semper nos dilectissimi gaudere í dño omnia diuina eloquia
cogitent: hodie pculdubio ad spiritalē leticiā copiosius in-
uitamur natiuitatis dñice sacramēto nobis clariús coruscāte. ut re-
currētes ad illā diuine miē ineffabilē inclinationē q̄ creator hoim
fieri homo dignatus ē: in ipsius inueniamur natura: quē adoramus
in nostra. Deus. n. dei filius de sēpiterno & ígenito patre unigētus
sēpiternus manēs in forma dei & incómutabiliter habēs non aliud
eē: q̄ pater: formā serui sine sue detrimēto maiestatis accepit. ut in
sua nos pueberet: nō ipse in nostra deficeret. Vnde utriq; nature
in suis pprietatibus pmanēti tāta est unitatis facta cōmunio: ut
qcqd ibi ē dei: nō sit ab hūanitate disiunctū. qcqd autē ē hois: nō
sit a deitate diuisum. Celebrātes igit̄ dilectissimi natalē diē domini
Saluatoris p̄tū beate uirginis cogitemus: ut carni animeq; cōcepte
uirtutē uerbi nullo temporis pūcto defuisse credamus. Nec prius
formatū atq; animatū templū corpis Christi qđ sibi supueniēs uē/
dicaret habitator: sed per ipsum & í ipso nouo homini datum esse
principium. ut in uno dei atq; hois filio & sine natre deitas & sine
patre esset hūanitas. Simul. n. p sp̄m sanctū fecūdata uirginitas
sine corruptionis uestigio edidit & sui generis sobolē. & sue stirpis
autorē. unde & idem dñs sicut Euāgelista cōmemorat: quesuit a
Iudeis: cuius filiū Xpm scripturarū autoritate didicissent. & eis re-
spōdentibus qđ ex Dauid uēturus semine traderet: Quó illū dñm
inqt suū Dauid in sp̄u uocat? dicēs: Dixit dñs dño meo: sede a dex-
tris meis? Donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorum. Nec
potuerūt Iudei ppositam soluere questionē: qa nō intelligebāt in
uno Christo & pgeniē Dauidicā & naturā Prophetatā eē diuinā.
Maiestas autē filii eqlis patri uestiēs se hūilitate serui nec metue-
bat minui: nec indigebat augeri. Ipsumq; effectum miē sue quem
restitutio impendebat hūane: sola exeq poterat uirtute deitatis:
ut creaturā ad imaginem dei factā a iugo dyē dñationis exueret.
Sed quia nō ita in primū hoim diabolus uolētus extiterat: ut eū
in ptes suas sine liberi arbitri cōsensioe transferret: sic destruendū

peccatū fuerat uoluntariū: & hostile consiliū: ut dono gratie non
 obesset norma iusticie. In totius igit̃ hūani generis strage cōmuni
 unū solū fuit remediū sub diuine rōnis occulto qđ posset subuēre
 p̃stratis: si aliq̃ filioꝝ Adā originalis p̃uariatiōis alienus atq; in/
 nocēs nasceret̃: q̃ ceteris exemplo p̃desset & merito. Sed quia hoc
 naturalis generatio nō sinebat: nec poterat uitiate radicis sine seīne
 p̃pago eē de quo scriptura dicit. Quis pōt facere mundū de imūdo
 conceptū semine? Nōne tu q̃ solus es? Dñs David factus est filius
 David. & de p̃missi generis fructu p̃les est orta sine uitio in unam
 personā gemina cōueniēte natura. ut eodē cōceptu eodēq; partu
 gigneretur dñs noster Iesus Christus: cui & uera inesset deitas ad
 miracula operū: & uera hūanitas ad tolerātiā passionū. Fidel̃ igit̃
 catholica dilectissimi oblatrantiū hereticoꝝ sp̃nat errores. q̃ mū/
 dane sapientie uanitate decepti a ueritatis euāgelio recesserunt. &
 incarnationē uerbi intelligere nō ualēt̃: de causa illūationis fe/
 cerūt sibi materiā cecitatis. Nā oīm fere falsa credētiū op̃ionibus
 que etiā in sp̃us sancti negationē pruūt. retractatis: neminē pene
 deuiasse cognoscimus: nisi q̃ duaz; in Christo naturaz; ueritatē sub
 unius p̃sone cōfessione nō credit. Alii etenim dño solā hūanitatē
 alii solā ascripserunt deitatē. Alii ueram q̃dem in ipso diuinitatē: sed
 carnē dixerūt fuisse simulatā. Alii p̃fessi sunt uerā eum suscepisse
 carnē: sed dei patris nō habuisse naturā. & deitati eius que erant
 humane substātie deputātes maiore sibi deū minoreq; finxerūt cū
 gradus ī uera diuinitate esse nō possint. Quoniā qcq̃ deo minus
 ē: deus nō ē. Alii cognoscēt̃ patris & filii nullā eē distantia: quia
 nō poterāt ueritatē deitatis intelligere: nisi in unitate p̃sone eūdē
 asseruerūt eē patrē quē filiū: ut nasci & nutrir̃ & pati mori sepeliri
 & resurgere ad eundē p̃tineret: q̃ p̃ oīa & hoīs p̃sonā implet̃: &
 uerbi. Quidā putauerūt dñm Iesum Christū nō nostre substātie
 corpus habuisse: sed ab elementis superioribus ac subtilioribus sūptū.
 Quidā aut̃ estimauerūt ī carne Christi aīam humanā nō hīcasse.
 nec fuisse. sed p̃tes aīe ip̃am uerbi implese deitatē. Quorundā im/
 prudētia in hoc transit: ut aīam q̃dem fuisse in dño faterent̃: sed
 eādē dicerēt mēte caruisse: q̃a sufficeret hōi sua deitas ad oīa roīs
 officia. Postremo uidē asserere p̃sumpserūt: p̃tem q̃ndam uerbi in
 carne fuisse cōuersā. ut in unius dogmatis uarietate multiplici nō
 carnis tm̃ aīeq; natura sed etiā ipsius uerbi soluereēt eētia. Multa
 sūt & alia p̃digia falsitātū: q̃bus enumerād̃is caritatis uestre nō est

fatigādus auditus. sed post diuersas impietates que sibi inuicē sunt
multiformiū blasphemiarū cognatiōe cōnexe. de us potissimū erro
ribus declinādus obseruātiā uestre deuotiōis admoneo: quorū unus
dudū Nestorio autore cōsurgere nō ipone tēptauit. Alius nuper
pari execratiōe dānādus Euryche assertore prupit. Nā ille btām
Mariā uirginē tmō ausus ē hoīs p̄dicare genitricē: ut ī cōceptu
& ptu nulla uerbi & carnis facta unio crederet. Quia dei filius nō
ipse factus ē hoīs filius: sed creato hōi sola se dignatiōe sotiauit.
Quod catholice aures neq̄q̄ tolerare potuerūt: que sic Euāgelio
ueritatis ībute sunt: ut firmissime nouerint nullā eē hūano generi
spē salutis: nisi ipse esset filius uirginis: q̄ creator ē matris. Hic autē
recētoris sacrilegi p̄phanus assertor unitionē qdē ī Christo duarū
cōfessus ē naturarū. sed ipa unitiōe id dixit effectū: ut ex duabus
una remaneret: nullatenus alterius exñte substātia: que utraq; fini
ri nisi aut cōsūptiōe aut sepatiōe nō posset. Hec uero tā inimica
sunt sane fidei: ut nequeāt recipi sine excidio noiī Christiāi. Si. n.
uerbi incarnatio diuīe hūaneq; nature ē: sed hoc ipso cōcursu qd̄
erat geminū factū ē singulare: sola diuinitas utero uirginis nata ē
& p̄ ludicatoriā speciē subit nutritiōe ac incremēta corporea
utq; omēs mutabilitates hūane cōditiōis omittā: sola diuinitas mor
tua sola diuinitas ē sepulta: ut iā scdm̄ talia sc̄tiētes sperāde resur
rectiōis nulla sit ratio. nec sit p̄mogēitus ex mortuis X̄pus: q̄a nō
fuit: q̄ deberet resuscitari: si nō fuit: q̄ posset occidi. Absit a cordi
bus uestris dilectissimi diabolicarū inspirationū uirulēta mēdacia.
& sciētes q̄ sēpiterna filii deitas nullo ap̄d patrē creuit argumēto:
prudēter aduertite: qd̄ cui nature ī Adā dcm̄ ē: terra es: & ī terrā
ibis: eidē ī X̄po dicit: sede a dextris meis. scdm̄ illā naturā q̄ x̄pus
eqlis ē patri: nūq̄ inferior fuit unigēitus sublimitate gēitoris. nec tē
poralis ē ei cū patre gloria: que ē ipsa patris dextera: de q̄ ī exodo
dicit: Dextera tua dñe glorificata ē in uirtute. & ī Esaiā: Dñe q̄
credidit auditui nostro? Et brachiū dñi cui reuelatū ē? Assūptus
igit̄ homo in filiū dei sic in unitatē p̄sone x̄pi ab ipsis corporalibus
ē receptus exordus: ut nec sine deitate cōceptus sit: nec sine deitate
editus: nec sn̄ deitate nutritus. idē erat ī miraculis. idē ī cōtumeliis.
per hūanā infirmitatē crucifixus. mortuus. & sepultus. p̄ diuinam
uirtutē die tertia suscitatus ascendit ad celos. sedet ad dextram dei
patris. & in natura hoīs accepit a patre: qd̄ in natura deitatis etiā
ipse donauit. Hoc dilectissimi pio corde meditantēs Aplīca semper

memores estote p̄cepti: q̄ uniuersos admonet dicēs: Videte ne quis uos decipiat p̄ ph̄iam & ianē fallaciā sc̄d̄m traditionē hoīm. & nō sc̄d̄m Christū. q̄a ī ipso h̄itat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter: ut uerā intelligamus subām carnis: ubi ē plenitudo diuinitatis inhabitatio corporalis. Qua utiq; tota etiā replet̄ ecclesia que inherēs capiti corpus ē X̄pi. Qui uiuit & regnat in secula seculoz̄ Amen.

De Natiuitate eiusdem. Sermo. VIII.

EXcedit qdē dilectissimi multūq; sup̄emiet hūani eloq; facultatē diuini opis magnitudo: & inde oritur difficultas fandi: unde ē ratio nō tacēdi: q̄a in X̄po Iesu filio dei nō solū ad diuinā essentiā sed etiā ad humanā spectat naturā: Quod dictū ē p̄ Prophetā: Generationē eius q̄s enarrabit? Vtrāq; n. subām in unam cōuenisse p̄sonā nisi fides credat: sermo nō explicat. & ideo nunq; materia deficit laudis: q̄a nunq; sufficit copia laudatoris. Gaudeamus igit̄ q̄ ad eloquendū tm̄ m̄ie sacramentū īparel sumus. & cum salutis nostre altitudinē pm̄ere nō ualeamus: s̄etiamus nobis bonum eē: qd̄ uicimur. Nemo enī ad cognitionē ueritatis magis p̄pinq̄t: q̄ q̄ intelligit in rebus diuinis etiā si multū p̄ficiat: semp̄ sibi sup̄esse qd̄ querat. Nā si se ad id in qd̄ tēdit: puenisse p̄sumit: nō quesita reppit: sed in inq̄sitione deficit. Ne aut̄ infirmitatis nostre pturbemur āgustis: Euāgelice nos & p̄phetice adiuuāt uoces: q̄bus ita accēdimur: & docemur: ut nos natiuitatē dñi q̄ uerbū caro factū ē: nō tā p̄teritā recolere: q̄ p̄ntem uideamus inspicere. Quod. n. pastoribus p̄ gregū suoz̄ custodia uigilātibus nūtiat̄ āgelus: etiā nostrū impleuit auditū. & ideo dñicis ouibus p̄sumus: q̄a uerba diuinitus edita cordis aure reseruamus. tāq; & ī hodierna festiuitate dicat̄: Ecce ego euāgelizo uobis gaudiū magnū: qd̄ erit om̄i populo: q̄a natus ē nobis hodie Saluator: q̄ est X̄pus dñs in ciuitate Daud: cuius p̄dicatiōis summitati exultatio innumerabiliū iungit̄ āgeloz̄: ut excellētius fieret testioniū: cui militie celestis multitudo cōcineret āgeloz̄ ī hōrē dei una b̄ndictiōe dñtiū: Gloria ī excelsis deo & in terra pax hoīb̄us bone uolūtatis. dei ergo gloria est ex matre uirḡie X̄pi nascētis inf̄atia. & repatio hūani generis merito in laudē sui refertur autoris: quia & ipsi beate Marie missus a deo Gabriel āgelus dixerat: Sp̄s sc̄s sup̄ueniet ī te: & uirtus altissimi obūbrabit tibi. ideoq; & qd̄ nascet̄ ex te sc̄m uocabit̄ filius dei. In

terra aut illa pax concedit: que hostes efficit bone uoluntatis. Quo enim spiritu de intemerata matris uisceribus nascitur Christus: hoc de sancte Ecclesie utero renascitur Christianus. Cui uera pax est a dei uoluntate non diuidi: non dubitet & uis solis que deus diligit: delectari. Natale igitur dilectissimi diei domini celebrantes que ex omnibus preteritis & temporibus electus est: licet dispensatio actuus corporalius sicut eterno consilio fuerat preordinata: transierit: totaque redemptoris humilitas in gloria eterne maiestatis euecta sit: ut in nomine Iesu omne genua flectat celestium terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus in gloria est dei patris: indefinenter tamen illum potius salutare uirgine adoramus: & illa uerbi & carnis indissolubile copulam non minus suscipimus in presepe iacentem: quam in throno paterne altitudinis confidentem. Immutabilis enim deitas quam intra semetipsam & claritatem suam & potentiam contineret: non tamen ideo non erat infecta nascendi: quia humano aspectu non patebat. ut per ueri hominis inuitata premonitione ille agnosceret genitus: qui Regis David & dominus esset: & filius. Ipse. n. prophetico spiritu carat dicens: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Quo testimonio sic Euangelium refert: confutata est impietas Iudeorum. Nam cum Iesu interrogante Iudeos: cuius filium dicerent Christum: respondisset David: confestim dominus cecitatem illorum arguens ait: Quomodo ergo David in spiritu uocat eum dominum dicens: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis? Interclusistis uobis Iudei intelligentie uiam. Et dum solam naturam carnis inspicitis: tota uos ueritatis luce priuastis. Expectantes. n. secundum uestre persuasionis fabulosa fragmenta David filium de sola stirpe corpea dum spiritum uestram in homine tamen constitutis: deum dei filium repulistis: ut quod nobis confiteri gloriosum est: uobis prodesse non possit. Nam & nos interrogati cuius filius sit Christus: uoce Apostoli confitemur quod factus est ex semine David secundum carnem. & de initio Euangelice predicationis instrumur legentes liber generationis Iesu christi filii David. sed ideo a uestra impietate discernimur: quia quem ex progenie David hominem nouimus natum: eundem secundum quod uerbum caro factum est: deum deo patri credimus coeternum. unde si teneres o Israel tui nominis dignitatem: & propheticas denuntiationes non obcecato corde percurreres: Esaias tibi euangelicam prederet ueritatem. & non surdus audires diuina inspiratione dominum: Ecce uirgo concipiet in utero: & pariet filium: & uocabitur nomen eius Emmanuel: quod est nobiscum deus. quem si in tanta prophetate sacri nominis non uidebas: in dauidica saltem uoce didicisses: ne contra testificationem noui & ueteris testamenti Iesu Christum David filium denegares: quem David dominum non fateris. Quapropter dilectissimi per ineffabilem

gratiā dei Ecclesia gētiū cōsecuta ē: qđ carnaliū iudeoz synagoga
 nō meruit dñte Dauid: Notum fecit dñs salutare suū: in cōspectu
 gētiū reuelabit iusticiā suā. & Esaiā similiter p̄dicāte: populis q
 sedebat í tenebris: uidit lucē magnā: q h̄itāt í regiōe úbre mortis:
 lux orta est eis. & itez Gētes que te nō nouerūt: inuocabūt te. &
 populi q te nescierūt: ad te cōfugiēt. Exultemus í die salutis nostre.
 & p nouū testamētū í cōsortiū eius assūpti cui dicit a patre: filius
 meus es tu: ego hodie genui te: postula a me & dabo tibi gētes he/
 reditatē tuā & possessionē tuā terminos terre: í adoptātis nos m̄ia
 gloriemur. Quia sicut Aplūs ait: Non accepistis sp̄m seruitutis in
 timore sed accepistis sp̄m adoptiōis filioz: in quo clamamus abba
 pater: dignū. n. ē atq; cōueniēs: ut testātis patris uolūtas ab adop/
 tionis filius impleat dñte Ap̄lo: Si cōpatimur: & glorificabimur.
 sicut hūilitatis Xpi cōptiapes q sūt futuri glorie coheredes. hōret
 í ífātia sua dñs. nec ad deitatis referāt iuriā exordia & ícremēta
 corpea. Quoniā nature incōmutabili nec addidit aliqd nostra na/
 tura: nec minuit. Sed qui í similitudinē carnis peccati dignatus est
 hoībus eē cōformis: in unitate deitatis patri pmanet eqlis. Cū quo
 & sp̄u sancto uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De Natiuitate domini eiusdē. Sermo. X.

SEpe ut nostis: dilectissimi de excellētissima festiuitatis hodi/
 erne sollēnitate officiū uobis sermōis salutaris impēdimus. nec
 ambigimus ita cordibus nostris diuine pietatis resplēuisse uirtutē:
 ut qđ uobis fide ē insitū: id sit etiā intelligētia cōprehēsū. Sed qa
 dñi Saluatorisq; natiuitas nō solū scđm deitātē de patre: sed etiam
 scđm carnē de matre: ita facultatē hūani excedit eloqi: ut merito
 ad utrūq; referat: qđ dictū ē: Generationē eius q̄ enarrabit? í eo
 enim ipso qđ digne nō pōt explicari: semp exuberat ró differēdi.
 Nō qa libez sit diuersa sētire: sed qa dignitati materie nulla pōt
 lígua sufficere. Magnitudo igit sacramēti í salutē hūani generis
 añ secula eterna dispositi í seculoꝝ fine referati integritati sue nec
 auferri aliqd patit: nec augeri. & sicut ppria nō amittit: ita aliena
 nō recipit. Sed multi op̄ionū suarū seq̄ces & qđ nōdū ítellexerūt
 patiores docere q̄ discere: sic ait Aplūs: circa fidē naufragauerūt.
 quoz prauas cōpugnātesq; sentētiās breui significatiōe pstringā:
 ut erroꝝ tenebris a ueritatis luce discretis & religiose hōrēt bñficia

diuina: & sciēter caueāt hūana mēdacia: Quidā. n. ex documētis
natiuitatis dñi nostri Iesu Xpi que eū ueꝝ hoīs filiū demōstrabāt
nihil ipm āplius q̄ hoīs filiū credebāt. nō putātes ipsi ascribēdam
eē deitatē: quē & p̄mordia ifātie & incremēta corpea & passionē
usq; ad crucē mortēq; cōditio nō dissimilem ceteris mortalibus ap/
p̄bassent. Alii uero uirtutū admiratiōe p̄moti & ongīs nouitatē
& dictōꝝ factōꝝq; potentā ad diuinā intelligētē p̄tinere naturā
nihil illi putauerūt nostre tēsse subē. totūq; illd̄ qđ corporee fuit
actiōis: & forme: aut de sublimioris generis p̄dusse materia: aut
simulatā carnis specē habuisse. ut uidētū & tāgentū sensus ludifi/
catoria imagine fallerent. Fuit autē in q̄busdam errātibus etiā illa
psuasio: q̄ conarent asserere: ex ipsa uerbi substātia qđdā ī carne
fuisse cōuersum. natūq; Iesū ex Maria uirgine nihil matēne ha/
buisse nature. Sed qđ erat deus & qđ erat homo: utrūq; ad id per/
tinuisse: qđ uerbū ē: ut scilicet in Xpo & per diuersitatē substātie
falsa fuerit hūanitas: & p̄ defectū mutabilitatis nō uera diuinitas.
Has ergo dilectissimi aliasq; ipietates diabolica ispiratiōe cōceptas
& ī multōꝝ noxā p̄ uasa p̄ditiōis effusas olim catholica fides cuius
deus magister ē: & auxiliator obtinuit: exhortāte & īstruēte nos
sp̄u scō p̄ legis refectionē: p̄ uaticinia p̄phetāꝝ: & p̄ euangelicā
tubā aplīcāq; doctrinā: ut cōstāter intelligētē credamus: quia
sicut ait Iohānes: Uerbū caro fcm̄ ē. & hītauit ī nobis. In nobis
utiq; quos uerbi sibi diuital cooptauit. cuius caro de utero uirgīs
sūpta nos sumus: que si de nostro. i. uere hūana nō esset: uerbum
caro fcm̄ nō hītasset ī nobis. In nobis autē hītauit: q̄ naturā nostri
corpis suā fecit. edificāte sibi sapiā domū nō de q̄cūq; materia sed
de subā pprie nostra: cuius assumptio ē manifesta cū dcm̄ ē: uerbū
caro factū ē: & hītauit ī nobis. Huic autē sacratissime assertiōi &
brī Pauli Aplī doctria cōcordat dñtis: uidete ne q̄s uos decipiat p̄
phīam & ianē fallaciā scđm traditionē hoīm. scđm elemēta mūdi.
& nō scđm Xpm̄. q̄a in Xpo hītat oīs plenitudo diuinitatis cor/
paliter. & estis repleti in illo. Totū igitē corpus īplet tota diuital
& sicut nihil deest illius maiestatis cuius hītatiōe replet hītaulū:
sic nichil deest corpus: quod nō suo habitatore sit plenū. Quod autē
dictū ē: & estis repleti in illo: nostra utiq; significata ē natura: ad
quos illa repletio non p̄tineret: nisi dei uerbū nostri sibi generis &
aiam & corpus unisset. Agnoscendū sane dilectissimi & toto corde
ē cōfitendū: qđ hec generatio: q̄ uerbū & caro id est deus & homo

unus dei filius unusq; Xp̄us efficit: supra omnē originem humane
 creatiōis excellit. Nec. n. aut Ade de limo terre formatio: aut Eue
 de uiri carne plasmatio: aut ceteroz; hoīm de utriusq; sexus pmix
 tiōe cōditio: Iesu Christi pōt ortui cōpari. Genuit Abraā senex
 diuīe pmissiōis heredē. & trāsgressa fecūditatis ānos sterilis Sarra
 cōcepit. Iacob dilectus ē a deo añq̄ natus. & p̄ueniēte gratia uo/
 lūtarias actiōes ab hispida cōgeniti fratris asperitate discretus est.
 Hieremie dicit: Prius q̄ te formarē ī utero: noui te: & añq̄ exires
 de uulua: scīficauī te. Anna diu fecūditatis aliena Samuelē pptām
 quē deo offerret: enixa ē: ut & ptu clara eēt: & uoto. Zacharias
 sacerdos de Helisabeth sterili scām suscepit plem: & p̄cursor Xp̄i
 futurus Iohānes sp̄m pph̄icum ītra uiscera matris accepit. & nōdū
 editus puēr genetricē dñi signo clause exultationis oñdit. Magna
 hec om̄ia & diuinorū operū plena sunt miraculis. Sed hoc ipso im/
 moderatus stupenda quo plura. natiuitas. n. dñi nostri Iesu Xp̄i
 oēm intelligētā supat. & cūcta exēpla trāscedit. Nec pōt ullis eē
 cōpabilis: que ē īter om̄ia singularis. Electe nāq; uirgini de semīe
 Abrabe ac de radice Iesse p̄phetical uoces & p̄ mystica signa p/
 misse denūtiat ab archāgelo sine damno pudoris beata fecūditas.
 sacrā uirginitatē nec cōceptu uiolatura nec ptu. supueniēte qppe
 in eā sp̄u sancto & altissimi obumbrante uirtute incōmutabile dei
 uerbū de incōtaminato corpe habitū sibi hūane carnis assumpsit.
 que & nullū cōtagiū de cōcupiscētia carnis traheret: & nihil eorū
 que ad aīe corpisq; naturā p̄tinēt: nō haberet. recedāt itaq; p̄cul
 & in tenebras suas eant hereticaz; mōstra opinionū. & insanarum
 sacrilegia falsitatū. Nos exultās in laudes dei celestiuū multitudo &
 instructi ab angelis docuere pastores: ut cognitis utriusq; nature
 documētis & uerbū ī Christo hoīem & Christū hoīem adoremus ī
 uerbo. Nā si ut Aplūs ait: Qui adberet deo unus sp̄s ē: q̄tomagis
 uerbū caro sc̄m unus ē Christus? ubi nihil ē alterius nature quod
 nō sit utriusq;. Nō ergo infirmemur in cōsiliis mie dei que nos &
 innocētie reformat: & uite. nec qa in Salvatore nostro manifeste
 cognoscimus gemine signa nature aut ī gloria dei de ueritate car/
 nis aut in humilitate hoīs de deitatis maiestate dubitemus. Idē ē in
 forma dei: q̄ formā recepit serui. Idē ē incorpeus manēs & corpus
 assumēs. Idē ī sua uirtute inuiolabilis: & ī nostra infirmitate pas/
 sibilis. Idē ē a paterno nō diuisus throno: & ab ip̄us crucifixus in
 ligno. Idē ē sup celorū altitudines uictor mortis ascēdēs & usq; ad

consumationē seculi uniuersā ecclesiā nō relinquēs. Idē Postreō ē
q̄ ī eadē q̄ ascēdit carne uēturus sicut iudiciū sustinuit impioꝝ: ita
iudicaturus ē de oīm actiōe mortaliū. Vnde ne pluris testionis
immoremur: unū sufficit ex euāgelio: beati Iohānis adhiberi quo
ipse dñs noster hoc dicit. Amē amē dico uobis: q̄a uēit hora: & nūc
ē: q̄n̄ mortui audiēt uocē filii dei: & q̄ audierint: uiuēt. Sicut. n.
pater habet uitā in semetipso: sic dedit & filio uitā habere ī semet/
ipso. & ptātem dedit ei iudicium facere: q̄a filius hoīs ē. Ergo sub
una sentētia ostendit q̄a filius dei atq; filius hoīs est. Vnde appet
quēadmodū Christū dñm in unitate p̄sone credere debeamus: qui
cū sit filius dei p̄ quē facti sumus: etiā filius hoīs p̄ assūptionē car/
nis ē factus. ut moreret sicut ait Aplūs: Propter delicta nostra:
& resurgeret p̄pter iustificationē nostrā. Hec cōfessio dilectissimi
nullas inuēit cōtradictiōes. nullis cedit erroribus. Agnoscimus. n.
mīam dei ab initio p̄missā: & añ secula p̄paratā. p̄ q̄m solā resolu/
captiuitatis hūane uincula potuerunt. q̄bus primū hoīem omnēq;
eius posteritatē malesuadus autor peccati obstrīxerat. & ppaginē
dediticiā origīali sibi p̄iudicio uēdicabat. q̄a igit̄ iustificādis hoī/
bus hoc p̄ncipaliter opitulat̄: quod unigenitus dei & filius hoīs esse
dignatus ē: ut homouision patri deus id ē unius substātie idē homo
uerus & scđm carnē matri cōsubstāntialis existeret: utroq; gaudea/
mus: q̄a non nisi utroq; saluamur. In nullo diuidētes uisibilem ab
inuisibili: corpeū ab incorpeo: passibilē ab impassibili: palpabilem
ab inpalpabili: formā serui a forma dei. Quia etsi unū manet ab
eternitate: aliud cepit a tēpore que tñ in unitatē cōuenerunt. nec
separationē possunt habere. nec finē. dū exaltās & exaltatus: glo/
rificās & glorificatus: ita sibimet inbaserūt: ut siue in omnipotētia
siue in cōtumelia nec diuina in X̄po careāt hūanis nec humana
diuis. Hec credētes dilectissimi ueri X̄piani sumus. ueri Israhelite.
& ī cōsortiū filioꝝ dei ueraciter adoptati. Quia & omēs sācti qui
saluatoris: nostri tēpora p̄cesserūt: p̄ hāc fidē iustificati: & p̄ hoc
sacramentū Christi sūt corpus effecti. expectātes uniuersalē credē
tiū redemptionē in semine Abrae: de quo dicit Aplūs. Abrae dicte
sunt repromissiōes & semini eius. Nō dicit & seminibus eius. q̄si in
multis. sed q̄si ī uno. & semini tuo qđ est X̄pūs. Propter qđ Ma
theus Euāgelista ut p̄missionē ad Abraam factā oñderet ī X̄po
eē cōpletā: generationū ordinē p̄cucurrit: & ī quo oībus gētibus
disposita fuisset bñdictio: demonstrauit. Lucas quoq; Euāgelista

ab ipso dñi ortu seriē generis sui sursum uersus retexuit: ut etiam illa secula que diluuiū p̄uenerūt: huic sacramēto doceret eē con/ nexa. omnesq; ab initio successionū gradus ad eū in quo uno esset salus oīm: tetēdisse. Nō igit̄ dubitādū ē: q̄a p̄ter Xpm nō ē aliud nomē sub celo datū hoībus: in quo nos oporteat saluos fieri. Qui cum patre & spiritu sancto equalis in trinitate uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De Epiphania domini eiusdē. Sermo. I.

Quebrato pximo die quo intemerata uirgital hūani generis edidit Saluatorē: Epiphaniē nobis dilectissimi uenerāda festiuitas dat̄ pseuerantiā gaudiōꝝ: ut inter cognatarū sollēnitatum uicina sacramēta exultatiōis uigor & feruor fidei nō tepescat. Ad oīm. n. hoīm spectat salutem: qđ infātia Saluatoris ac mediatoris dei & hoīm iā uniuerso declarabat̄ mūdo: cū adhuc exiguo detine retur oppidulo. Quāuis. n. Israheliticā gentē: & ipsius gētis. unam familiā delegisset. de q̄ naturā hūanitat̄ assumeret: noluit tñ itra materne habitatiōis āgustias ortus sui latere p̄mordia: sed mox ab oībus uoluit agnosci: q̄ dignatus est oībus nasci. Tribus igitur Magis in regiōe orientis stella noue claritatis appuit: que illustrior ceteris pulchriorq; sideribus facile in se intuetium oculos animosq; cōuerteret: ut cōfestim aduerteret nō eē ociosum: quod tā isolitū uidebat̄. Dedit ergo aspicientibus intellectū: q̄ p̄stitit signū: & qđ fecit intelligi: fecit inq̄ri. & se inueniendū obtulit inq̄situs. Sequūt̄ tres uiri sup̄ni luminis ductū: & p̄ui fulgoris indicatiū. intēta contē/ platiōe cōitātes ad agnitiōē ueritatis gratie splēdore ducūt̄. Qui hūano sēsu signatū sibi regis ortū estimauerūt in ciuitate regia eē querēdū: Sed q̄ serui susceperat formā & nō iudicare uenerat. sed iudicari: Berleē p̄elegit natiuitati. Hierosolymā passiōi: Herodes aut̄ audiēs Iudeoꝝ principē natū successorē suspicatus expauit: & molitus necē salutis auctoris falsum spondit obsequium. Quā felix foret: si Magoꝝ imitaret̄ fidem. & cōuerteret ad religionē: quod disponebat ad fraudē? O ceca stulte emulatiōis impietas! qđ ptur/ bandū putas diuinū tuo furore consiliū? Dominus mūdi tēporale nō querit regnū: q̄ prestat eternū. Quid incommutabilem dispositarum rerū ordiēm uertere: & alienū facinus p̄occupare conaris? mors Christi non est temporis tui: ante condendum est euangeliū. ante predicandū est dei regnum. ante sanitates donāde sunt: ante

sunt faciēda miracula. Cur quod alieni futurū est operis: tui esse uis criminis? & non habiturus effectum sceleris: in solū te reatum: precipital uoluntatis? Nihil hac molitōe pficis. nihil peragis. Qui uoluntate natus ē: arbitrii sui potestate moriet̄. Consumant ergo Magi desiderū suum. & ad puerū dñm nostrum Iesum Christum eadē stella preeūte pueniunt. Adorant in carne uerbū. in infātia sapientiā. in infirmitate uirtutē in homīs ueritate dñm maiestatis. Utq; sacramentū fidei sue intelligentieq; manifestent: qđ cordibus credunt: muneribus protestantur. Thus deo: myrrham hōmīni: aurum offerūt Regi: scilicet diuinā humanāq; naturā in unitate uenerantes. Reuersis autē Magis in regionē suā: translatoq; Iesu in Egyptum ex ammonitōe diuina exardescat frustrata meditatioibus suis Herodis insania: necari omnes Bethleē paruulos iuber. & qm̄ quē metuat: nescit infātē: generalē sententiā in suspectam sibi tēdit etatē. Sed quos impius Rex exemit mundo: Christus inserit celo. & quibus nondum sanguinis sui impendit redēptionem: iam martyri tribuit dignitatē. Erigite igit̄ dilectissimi fideles aīmos ad coruscantē gratiā luminis sempiterni. & impensa saluti humani gratie sacramēta uenerantes studium uestrū ut que pro uobis gesta sunt: subdite. diligite castimonie puritatē: qā Christus uirginitatis est filius. abstinete uos a carnalibus desideriis: que militāt aduersus animam: quēadmodū nos presens beatus Apostolus suis ut legimus: uerbis hortat̄. Malicia paruuli estote. qā dominus glorie mortaliū se conformauit infantie. Sectamini humilitatem: quam dei filius discipulos suos docere dignatus est. induite uos uirtutem patientie: in qua animas uestras possitis acquirere: qm̄ qui cunctorum est redemptio: ipse est omnium fortitudo. Que sursum sunt sapite: non que super terram. per uiam ueritatis & uite constanter incedite. ne uos impediāt terrena: qbus sūt parata celestia. Per dñm nostrū Iesum Christum. qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De Epiphania domini eiusdē. Sermo. II.

OAudete in domino dilectissimi iterum dico gaudete. qā breui interuallo temporis post sollempnitatē natiuitatis Christi festiuitas declaracionis eius illuxit. & quem in illo de uirgo peperit: in hoc mundus agnouit. Verbum enim caro factum sic susceptiōis nostre tēperauit exordia: ut natus Iesus & credentibus manifestus

& persequentibus esset occultus. Iam tunc celi enarrauerunt gloria
 dei. & in omnem terram sonus ueritatis exiit: quoniam & pastoribus exerci-
 tus angelorum Saluatoris editi annunciator apparuit. & Magos ad
 eum adorandum per uia stella perduxit: ut a solis ortu usque ad oc-
 casum ueri Regis generatio coruscaret. cum rerum fidem & regna
 orientis per Magos discerent: & Romanum imperium non lateret.
 Nam & seuitia Herodis uolens primordia suspecti sibi Regis ex-
 tinguere: huic dispositioni nesciens seruebat. ut dum atroci intentus
 facinori ignotum sibi puerum indiscreta infantium cede persequitur:
 annuntiatum celitus dominatoris ortum insignior ubique fama loqueretur.
 quam propitiorum ad narrandum diligentiorumque faciebat & supne
 signationis nouitas: & cruentissimi persecutoris impietas. Tunc autem
 egypto Saluator illatus est: ut gens antiquis erroribus dedita iam
 uicina ad salutem per occultam gratiam signaretur. & que nondum
 eiecerat ab animo superstitionem: iam hospitio reciperet ueritatem.
 Merito igitur dilectissimi dies iste manifestatione domini consecratus
 specialem in toto mundo obtinuit dignitatem: que in cordibus nostris:
 digno debet splendore clarescere: ut rerum gestarum ordinem non
 solum credendo sed etiam intelligendo ueneremur. Quantam enim
 gratiarum actionem debeamus domino pro illuminatione gentium:
 probat obsecratio Iudeorum. Quid enim tam cecum quod ratione lucis alienum
 quam illi sacerdotes & scribe Israelitarum fuerunt. qui peccatoribus Magis
 & Herode querente ubi Christus secundum scripturarum testimonium
 nasceretur: hoc responderunt de prophetico eloquio: quod indicabat
 stella de celo? que utique poterat Magos Hierosolymis pretermittis
 usque ad cunabula pueri sicut postmodum fecit: sua significatione
 perducere: nisi ad confutandam Iudeorum duriciam pertinuisset:
 ut non solum ductu sideris sed etiam ipsorum professione innotesceret
 natiuitas Saluatoris. Iam ergo ad eruditionem gentium propheticus
 sermo transibat. & prenuntiarum miraculis antiquis Christum alieni-
 genarum corda discebant: cum Iudeorum infidelitas ueritatem ore
 proferret: & mendacium corde retineret. Noluerunt. nam agnoscere
 oculis: quem de sacris indicabant libris. ut quem non adorabant in
 infantie infirmitate humilem: postea crucifigerent in uirtutis sub-
 limitate fulgentem. Que ista Iudei tam imperita in uobis scientia
 est: tam indocta doctrina? Interrogati ubi Christus nasceretur:
 ueraciter & memoriter dicitis: quod legistis: in Bethleem Iude: Sic. nam
 scriptum est per Prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda non es

minima in principibus Iuda. Ex te. n. exiet dux: q regat populū
meum Israel. Hunc principem natum, longinque oriētaliū gen/
tium nationes/insolito noui sideris splendore/didicerunt. Et ne de
loco editi Regis ambigerent: uestra eruditio prodidit: quod stella
non docuit. Cur uobis uiam quam alius aperitis: obstruitis? Cur in
uestra infidelitate residet dubium: quod ex uestra fit responsione
manifestum? Locum natiuitatis/de scripturarum testimonio demō/
stratis presentiam temporis/de celi & terre attestatione cognoscitis
& tamen ubi ed persequendum animus Herodis exarsit: ibi ad nō
credēdū uester sensus obduruit. Felicior ergo ignorantia infantū
quos persequutor occidit: q̄ uestra scientia: quos in sua perturba/
tione consuluit. uos noluitis regnum eius recipere: cuius oppidum
potuistis ostendere. Illi potuerunt pro eo mori: quem nō poterāt
proferri. Ita Christus ut nullum tempus ei esset absq; miraculo:
ante usum lingue potestātē uerbi exercebat. & quasi iam diceret:
Sinite paruulos uenire ad me: talium est enim regnum celorum:
Noua gloria coronabat infantes. & de initis suis paruulorum
primordia consecrabat. ut disceretur neminem hominum diuini
incapacem esse sacramenti. quando etiam illa etas glorie esset apta
martyri. Agnoscamus ergo dilectissimi in Magis adoratoribus
Christi uocationis nostre fideiq; primicias. & exultantibus animis
beate spei initia celebremus. Exinde enim ī eternam hereditatem
cepimus introire. Exinde nobis Christum loquentiū scripturarum
arcana patuerunt. & ueritas quam Iudeorum obcecatio non re/
cepit: omnibus nationibus lumen suum inuexit. honoretur itaq; a
nobis sacratissimus dies: ī quo salutis nostre autor apparuit. & quē
Magi infantem uenerati sunt. in cunabulis: nos omnipotentem
adoremus in celis. & sicut illi de thesauris suis mysticas domino mu/
nerū species obtulerūt: Ita & nos de cordibus nostris que deo sunt
digna: promamus. Quauis enim omniū bonoz sit ipse largitor:
etiam nostre tamen fructum querit industrie. Non enim dormi/
entibus prouenit regnum celorum. sed in mādati dei laborātibus
atq; uigilantibus. ut si dona illius irrita non fecerimus: per ea que
dedit: mereamur accipere: qđ promisit. Vnde cohortamur dilecti/
onem uestram: ut abstinētes uos ab omni ope malo que sunt casta
& iusta sectemini. filii enim lucis abicere debent opera tenebrarū
Itaq; odia declinate. mēdacia abiicite. superbiā humiliare destruite.
auariciā largitate delete. Decet enī ut capiti sua mēbra cōueniāt.

ut promissarum benedictionum mereamur esse consortes. Per
dñm nostrz Iesum Christú q uiuit & regnat i secula seculozz Am.

De Epiphania dñi eiusdem. Sermo. III.

Quanuis sciam dilectissimi q sanctitatem uestram hodiernę
Festiuıtatis causa non lateat: eamq; secundum consuetudinę
Euangelicę uobis sermo reserauerit: tamen ut nostri nihil desit
offici: loqui de eodem qđ dominus donauerit: audebo. ut in com/
muni gaudio tanto religiosior sit omnium pietas quanto magis
omnibus fuerit intellecta sollempnitas. prouidentia nanq; miseri/
cordie dei dispositam habens pereunti mundo in nouissimis tem/
poribus subuenire: saluationem omnium gentium prefiniuit in
Christo: ut quia cunctas nationes a ueri dei cultu impius dudum
error auerterat: & ipse peculiaris populus Israel ab institutis le/
galibus pene totus exciderat: conclusis omnibus sub peccato omniũ
misereretur. Deficiente enim ubiq; iusticia & toto mundo inuana
& maligna prolapsa: nisi iudicium suum diuina potestas differret:
uniuersitas hominum sententiam damnationis exciperet. Sed in
indulgentiam ira translata est. & ut clarior fieret exercęde gratie
magnitudo: tunc placuit abolendis peccatis hominum sacramentũ
remissionis afferri: quando nemo poterat de suis meritis gloriari.
Huius autem ineffabilis misericordie manifestatio facta est He/
rode apud Iudeos ius regum tenente: ubi legitima Regum suc/
cessione cessante & Pontificum potestate destructa alienigena ob/
tinuerat principatum: ut ueri Regis ortus illius prophętie pbaretũ
uoce: que dixerat: non deficiet princeps ex Iuda: neq; dux de
femoribus eius: donec ueniat cui repositum est regnũ. & ipse erit
expectatio gentium. De quibus quondam beatissimo Patriarchę
Abraę innumerabilis fuerat promissa successio: non carnis semine
sed fidei fecunditate generanda. & ideo stellarum multitudini com/
parata: ut ab omni gentium patre nõ terrena sed celestis pgenies
speraretur. Ad creandam ergo promissam posteritatem heredes in/
sideribus designati ortu noui sideris excitantur: ut in quo celi adhi/
bitum fuerat testimonium: celi famularetur obsequium. cõmonet
Magos remotioris orientis habitatores stellis ceteris stella fulgen/
tior. & de mirandi luminis claritate uiri ad hec spectanda non
in scũ magnitudinem sanctificationis intelligunt. agente hoc sine

dubio in eorum cordibus inspiratione diuina: ut eos tante uisionis
mysterium non lateret. & quod oculis ostendebatur insolitum:
animis non esset obscurum. deniq; officium suum cum religione
disponunt & his se instruunt donis: ut adoratur unum tria se
simul credidisse demonstrent. auro honorantes personam regi/
am myrrha humanam. thure diuinam. **I**ngrediuntur enim
Iudaici regni precipuam ciuitatem. Et in urbe regia ostendi sibi
postulant puerum: quem ad regnandum sibi didicerant procre/
atum. Conturbatur Herodes. timet salutem suam. metuit potestatem.
Requirit a sacerdotibus & doctoribus legis quid de ortu Christi
scriptura predixerit. in nouitiam uenit: quod fuerat prophetatum
Veritas illuminat Magos. Infidelitas obcecat magistros. Car/
nalis Israel non intelligit: quod legit. non uidet: quod ostendit.
utitur paginis: quarum non credit eloquiis. ubi est Iudee glori/
ficatio tua? Vbi de Abraam patre ducta nobilitas? Nonne cir/
cuncisio tua preputium facta est? Ecce maior seruis minori. &
alienigenis in sortem hereditatis tue intrantibus: eius testamenti
quod in sola littera tenes: recitatione famularis. **I**ntret. intret
in Patriarcharum familiam gentium plenitudo. & benedictionem
in semine Abrae qua se filii carnis abdicant: filii promissionis accipiunt.
Adorent in tribus Magis uniuersi populi uniuersitatis autorem.
& non in Iudea tantum deus sed in toto orbe sit notus. ut ubiq; in
Israel sit magnū nomē eius. Quoniā hāc electi generis dignitatem
sicut infidelitas in suis posteris conuincit esse degenerem. ita fides
omnibus facit esse communem. Adorato autem domino Magi &
omni deuotione completa secundum ammonitionē somni nō eodē
quo uenerāt: itinere reuertunt. Oportebat enim ut iā in Christū
credentes non per antiquas conuersationis semitas ambularent: sed
nouam ingressi uiam ab relictis erroribus abstinerēt Tum ut etiā
Herodis uacuarentur insidie: qui in puerum Iesum impietatem
doli per simulationem disponebat officii. **V**nde quia spes istius
erat soluta commentu: in maiorem furiam iracundia Regis ar/
descit: nam recolens tempus quod indicauerant Magi: in omnes
Bethleē pueros rabiē crudelitatis effudit. & cede generali uniuerse
ciuitatis illius in eternā gloriā transcurā trucidat infantia. estimās
fore ut nullo illic puulo nō occiso occideret & Christus. At ille q
sanguinē suū p mundi redēptionē fundendū in altā differret etatem:
Egypto se parentū ministerio subiectus intulerat. repetēs scilicet

Hebreæ gētis antiq̄ cunabula. & principatū ueri Ioseph maioris
 prouidentie potestate disponens. ut illā diriorē omni inedia famē
 qua Egyptioꝝ mentes ueritatis inopia laborabāt: ueniēs de celo
 panis uite & cibus rationis auferret. nec sine illa regione pararet
 singularis hostie sacramentū: in q̄ primū occasione agni salutiferū
 signū crucis & pascha dñi fuerat p̄formatū. **H**is igit̄ dilectissimi
 gratie mysteriis eruditi diem primiciarum nostrarū & uocationis
 gentiū inchoationē rationabili gaudio celebremus. gratias agētes
 misericordi deo qui dignos nos fecit sicut ait Apostolus in partem
 sortis sanctoꝝ in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarū:
 & transtulit in regnū filii dilectionis sue. Quoniā sicut p̄phetauit
 Esaias: Gentiū populus q̄ sedebat in tenebris: uidit lucē magnā:
 et qui habitabant in regione umbre mortis: lux orta est eis: de
 quibus idem dicit ad dominum: Gentes que te non nouerunt: in/
 uocabunt te. & populi qui te nesciebant: ad te confugient. Hunc
 diem Abraam uidit & gauisus est. cum benedicendos fidei sue filios
 in semine suo qđ est Christus agnouit: & omnium se futurū gentiū
 patrem credendo prospexit: dans gloriā deo & plenissime sciēs
 quoniā qđ p̄misit potens est facere. **H**unc diem Dauid canebat
 in psalmis dicēs: Omnes gentes quascunq; fecisti: uenient: et ado/
 rabunt coram te domine. & glorificabūt nomen tuum. **E**t illud:
 notum fecit dominus salutare suum. ante conspectum gentium
 reuelauit iusticiā suam. q̄ utiq; exinde fieri nouimus: ex quo tres
 Magos de longinquitate sue regionis excecatos ad cognoscendū
 & ad adorandum Regem celi & terre stella perduxit. et recte in/
 tuentibus quotidie apparere non desinit. et si potuit notū facere
 Christum in infantia latentē: q̄tomagis potest eundē manifestare
 in maiestate regnantē? Cuius utiq; famulatus ad formam nos sui
 obsequii hortat: ut huic gratie qua omnes inuitant̄ ad Christum:
 quantū possumus: seruamus. Quicunq; enim in Ecclesia pie uiuit
 & caste: qui ea que sursum sunt: sapit: nō que supra terrā: celestis
 quodammodo instar est luminis. & dum ipse sancte uite nitorem
 seruat: multis uiam ad dominum quasi stella demonstrat. In quo
 studio omnes dilectissimi uobis inuicem p̄desse debetis: ut in regno
 dei ad quod recta fide et bonis operibus peruenitur: sicut lucis
 filii splendeatis. Per Christum dominum nostrum. Amen.

De Epiphania domini eiusdem sermo. IIII.

Iustum & rationale dilectissimi uere pietatis obsequium est
in diebus. qui diuine opera misericordie protestantur: toto
corde gaudere: & honorifice ea que ad salutem nostram gesta sunt:
celebrare. uocante nos ad hanc deuotionem ipsa recurrentium tempo-
lege: que nobis post diem in quo coeternus patri filius dei natus
ex uirgine est: breui interuallo Epiphanie intulit festum ex ap-
partitione domini consecratum. in quo fidei nostre magnam presidium
providentia diuina constituit: ut dum sollempni ueneratione recolitur
adorata in exordiis suis Saluatoris infantia per ipsa originalia
documenta probaretur ueri hominis in Christo orta natura. Hoc
enim est quod iustificat impios: hoc est quod ex peccatoribus facit
sanctos: Si in uno eodemque domino nostro Iesu Christo et uera
deitas & uera credatur humanitas. deitas qua ante omnia secula in
forma dei equalis est patri. & humanitas qua nouissimis diebus in
forma serui unitus est homini. **A**d roborandum ergo hanc fidem
que contra omnes pronunciabatur errores: ex magna gestum est
diuini pietate consilio: ut gens in longinqua orientalis plage regione
consistens que spectandorum siderum arte pollebat: signum nati-
pueri qui supra omnem Israel esset regnaturus: acciperet. Noua
etenim claritas apud Magos stelle illustrioris apparuit. & intuentium
animos ita admiratione sui splendoris impleuit: ut nequaquam sibi cre-
derent negligendum: quod tanto nunciabatur indicio. Preerat autem
sicut res docuit: huic miraculo gratia dei et cum Christo natiuitatem
nec ipsa adhuc Bethleem tota didicisset: iam illam credituris gentibus
inferebat. & quod nondum poterat humano eloquio discerni: celo
faciebat euangelizante cognosci. **Q**uanuis autem diuine dignationis
esset hoc munus: ut cognoscibilis gentibus fieret natiuitas Saluatoris:
ad intelligendum tamen miraculum signi potuerunt Magi et de
antiquis Balaam prenuntiationibus commoneri scientes olim esse
predictum & celebri memoria diffamatum: Orietur stella ex Jacob:
exurget homo ex Israel: & dominabitur gentium. Tres itaque uiri
fulgore insoliti sideris diuinitus incitati preuium micantis luminis
cursum sequuntur: estimantes se signatum puerum Hierosolymis
in ciuitate Regia reperturos. Sed cum eos hec opinio fefellisset:
per Iudeorum Scribas atque doctores quod sacra de ortu Christi
prenuntiauerat scriptura didicerunt: ut gemino testimonio confirmati
ardentiori fide expeterent: quem et stelle claritas et prophetie
manifestabat autoritas. Prolato autem diuino miraculo per responsa

Pontificum et declarata spiritus uoce que dicit: Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in Principibus Iuda: ex te enim exiet Dux: qui regat populum meum Israel: quod facile & consequens fuit: ut hebreorum proceres crederent: quod docebant? Sed apparet illos carnaliter cum Herode sapuisse: & regnum Christi commune cum huius mundi potestatibus estimasse. ut & isti temporalē sperarēt ducem et terrenum metueret ille consortem. Superfluo Herodes timore turbatur. et frustra in suspectum tibi puerum seuire molitur. non capit Christum Regia tua. nec mundi dominus potestatis tue sceptri est contentus angustus. quem in Iudea regnare non uis: ubique regnat. & felicius ipse regnaret: si eius impio ipse subderetur. Cur sincero officio non facis: quod subdola falsitate permittis? Perge cum Magis. et uerum Regem suppliciter adorando uenerare. Sed tu Iudaice sectator cecitatis non imitaris gentium fidem. corque puerum ad crudeles conuertis insidias. nec illum occisurus quem metuis. nec illis nociturus: quos perimis. Deducti igitur in Bethleem Magi stelle precedentis obsequio gausi sunt gaudio magno ualde: sicut Euangelista narrauit. et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus & myrrham. O perfecte scientie mirabilem fidem quam non terrena sapientia erudiuit: sed spiritus sanctus instituit. **U**nde enim uiri cum proficisceretur de patria qui nondum uiderant Iesum nec aliquo intuitu eius quod eum tam ordinate uenerarentur: aduerterant: hanc deferendorum munerum seruari rationem? nisi quia preter illam stelle specie que corpoream incitauit obtutum: fulgentior ueritatis radius eorum corda perdocuit ut priusquam labores itineris inchoarent: eum signari sibi intelligerent: cui in auro regius honor: In thure diuina ueneratio: In myrrha mortalitatis confessio deberetur. Et hec quidem quantum ad illuminationem fidei pertinebat: potuerunt illis credita & intellecta sufficere: ut corporali intuitu non inquirerent: quod plenissimo uisu mentis inspexerant. **S**ed diligentia officii sagax usque ad uidendum puerum perseverans futuri temporis populis & nostri seculi hominibus seruebat. ut sicut omnibus profuit: quod post resurrectionem domini uestigia uulnerum in carne eius Thome Apostoli explorauit manus: ita ad nostram utilitatem proficeret: quod infantiam ipsius Magorum probauit aspectus. **V**iderunt itaque Magi & adorauerunt puerum de tribu Iuda de semine David secundum

carnem factú ex muliere factú sub lege: quã nõ soluere uenerat: sed adimplere. Viderút & adorauerút puerú: quãtitate paruulú: aliene opis indigum: fandi impotẽ: & in nullo ab humane infãtie generalitate dissimilẽ. Quia sicut fidelia erant testimonia: que in eo maiestãtẽ inuisibilis diuinitatis assererent: ita pbatissimum esse debebat uerbum carnẽ factú: & sempiternã illã essentiam filii dei hominis uerã suscepisse naturã: ne uel ineffabiliú operú secutura miracula uel suscipiendaꝝ supplicia passionú sacramentú fidei ex rerú diuersitate turbarent: cù iustificari omnino nõ possent: nisi qui dñm Iesum & uerú deum & uerú hominẽ credidissent. ¶ Huic singulari fidei dilectissimi & p̄dicate per om̄ia secula ueritati diabolica Manicheorum resistit impietas: qui sibi ad interficiendas deceptorú animas nephãdi dogmatis ferale cõmentú de sacrilegis & fabulosis mendacis texuerút. & per has insanaz opinionú ruinas eisq; p̄cipites pruerút: ut sibi falsi corporis fingerent Christú: qui nihil in se solidú nihil uerú hominum oculis actibusq; p̄buerit. sed simulate carnis uacuã imaginẽ demonstrant. Indignú enim uideri uolút: ut credatur deus dei filius femineis se inseruisse uisceribus. & maiestãtẽ suã huic cõtumelie subdidisse: ut nature carnis imixtus in uero humane substãtie corpore nasceret: cù totú hoc opus nõ iuria ip̄ius sed potẽtia nec credẽda pollutio sed gloriosa dignatio. Si. n. lux ista uisibilis nullis immúdicis qbus supfusa fuerit: uiolatur: nec radioꝝ solis nitorẽ quẽ corporeã eẽ creaturã nõ dubiú eẽ: loca ulla sordẽtia uel cenosa cõtaminãt: Quid illius sempiternæ & incorporee lucis essentiã potuit qlibet sui qlitate polluere? que se ei quam ad imaginẽ sui condidit sociãdo creature purificationem prestitit: maculã nõ recepit. Et sic sanauit uulnera infirmitatis: ut nulla pateret dãna uirtutis. qđ diuine pietatis magnú & ineffabile sacramentú: qa om̄ibus sanctaz sc̄pturaz testificatõibus eẽ nũciatú: Isti de qbus loqmur: aduersarii ueritatis legẽ per Moysen datã & inspirata diuinitus Prophetaz oracula respuerút. ipsasq; Euãgelicas & Apostolicas paginas quedã auferendo & quedã inserendo uiolauerút: cõfingẽtes sibi sub Apostolorú nominibus & sub uerbis ipsius Saluatoris multa uolumia falsitatis: qbus erroris sui cõmẽta munirẽt: & decipiendoz mẽtibus mortiferú uirus infúderẽt: Videbãt. n. sibi uniuersa obsistere. om̄ia reclamare. & nõ solú nouo sed & ueteri testamẽto sacrilege impietatis sue dementiã cõfutari. & tñ in furiosis mẽdacis persistentes Ecclesiã dei deceptionibus suis

perturbare non desinunt. hoc miseris quos illa queare potuerunt:
 persuadentes: ut negent a dño Iesu Christo humanã naturã uere eẽ
 susceptã. negent eũ uere pro mudi salute crucifixũ. negent de eius
 latere lancea uulnerato sanguinem redemptionis & aquã fluxisse
 baptismatis: negent eũ sepultũ ac die tertia suscitatu. negent eum
 in conspectũ discipulorũ ad cõsedendũ in dextera patris sup omes
 celorum altitudines eleuatu: ut tota Apostolici ueritate Symboli
 sublata nulla spes incitet factos. negent a Christo uiuos & mortuos
 iudicados: & quos tantoꝝ sacramentoꝝ uirtute p̄uarint: doceãt in
 sole & luna colere Christũ. & sub nomine sp̄s sancti ip̄m talium
 impietatũ magistrũ adorare Manicheum. Ad confirmãda igitur
 dilectissimi corda nostra in fide & ueritate p̄sit omnibus hodierna
 festiuitas. & ex testimonio manifestate Saluatoris infãtie cõfessio
 catholica muniat. & nature nostre carnẽ in Christo negantium
 anathematizet impietas. de q̄ nos beatus Iohãnes Aplũs nõ dubio
 sermone p̄monuit dicẽs Om̄is spiritus q̄ confitet Christũ Iesum in
 carne uenisse: ex deo est. & om̄is sp̄s qui soluit Iesum ex deo nõ
 est. & hic est Antixp̄s. Nihil ergo cũ huiusmodi hoĩbus cõmune
 sit cuiq̄ Xp̄iano: nulla cũ talibus habeat societas. nullũq; cõsortiũ.
 Prosit uniuerse Ecclesie quod multi ipsorũ dño miserante detecti
 sunt. & in qbus sacrilegus uiueret: eorundẽ cõfessioe patefactũ ẽ.
Neminẽ fallãt discretiõibus ciboꝝ. sordibus uestiũ. uultuũq; pal-
loribus. Nõ sunt casta ieiunia que nõ de ratioe ueniũt cõtinẽte:
sed de arte fallacie. hactenus nocuerint incautis. hactenus illuse-
runt impitis. post hoc nullius excusabilis erit lapsus: nec iã simplex
habẽdus est: sed ualde neq; atq; puerus: q̄ deinceps repertus fuerit
nepbando obstrictus errore. **E**cclasiasticum sane atq; diuinitus
 institutu nõ solũ nõ inibemus: sed etiã inatamus affectũ: ut etiã
 pro talibus nobiscũ dño supplicetis: qm̄ et nos deceptarũ animarũ
 ruinas cũ fletu & merore miseramur: exequẽtes Apostolice pietatis
 exẽplũ ut cũ infirmantibus infirmemur. & cũ flẽtibus defleamus.
 Speramus enim exorandam misericordiã dei multis lachrymis &
 legitima satisfactioe lapsorũ: q̄a dũ hoc in corpore uiuit nullius
 desperanda reparatio: sed omniũ est optãda correctio: auxiliãte
 domino qui erigit elisos: soluit compeditos: et illuminat cecos: cui
 est honor & gloria in secula seculorum.

De Epiphania domini eiusdem sermo quintus.

Hodiernam festiuitatem dilectissimi apparitio domini nostri
Saluatoris sicut nostis: illustrat. Et hic ille dies est: quo ad
cognoscendū adorandūq; dei filiū tres Magos p̄ uia stella p̄duxit.
cuius facti memoriam merito placuit honore annuo celebrari: ut
dum Euāgelica historia incessanter recēset: semp se intelligentiū
sēsis inferat salutiferū mysteriū p̄ insigne miraculū. Precesserāt
quidē documenta: que corporeā natiuitatē dñi manifestis indicis
declararent: Cum beata Maria uirgo fecundandā se spiritu s̄cto
parituramq; dei filiū audiuit. & credidit. siue cū ad salutationem
ipsius in utero Elisabeth natus Iohannes Prophetica exultatiōe
cōmotus & q̄si etiā intra matris uiscera iam clamaret: Ecce agnus
dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Vel cū ortū dñi angelo nūtiāte
pastores celestis exercitus sunt claritate circūdati: ut nō ambigerēt
de potestate pueri: quē erant in presepe uisuri. nec putarēt q̄ in
sola natura hominis esset editus: cui superne militie famularetur
occursus. Sed hec atq; alia huiusmōi paucis tūc uident innotuisse
psonis: que uel ad cognationē Marie uirginis uel ad s̄cti Ioseph
familiam pertinebant. Hoc autē signo qđ Magos in longinquo
positos efficaciter mouit: & ad dñm Iesum perseueranter attraxit:
illius sine dubio gratie sacramentū & illius fuit uocatiōis exordiū.
quia non in Iudea tantum sed etiam in toto mundo Christi erat
Euangelium predicandum: ut per illā stellā que Magorum uisus
splēdit: Israelitarū uero oculis non refulsit: & illuminatio signata
sit gentiū: & cecitas declarata Iudeorū. ¶ Permanet igit̄ dilectissimi
sicut euidenter apparet: mysticoꝝ forma gestorum. & q̄ imagine
inchoabat: ueritate cōplet̄. Radiat nāq; a celo stella p̄ gratiā. &
tres Magi coruscatione Euāgelici fulgoris acciti in om̄ibus quot/
tidie natiōibus ad adorādū sūmi regis infantiam accurrūt. Herodes
in diabolo quoq; fremit. & auferre sibi iniquitatis sui regnū in us
qui ad Christū transeūt: ingemiscit. Vnde si paruulos interficiat:
Iesum sibi uidet occidere. quod utiq; facere sine cessatione molit̄:
dum primordis renatoꝝ spiritū sanctū eripere & quandā tenere
fidei uelut infantiam temptat extinguere. Iudei uero qui extra
Regnum Christi esse uoluerūt: adhuc quodāmodo sub Herodis
sunt principatu. Et dominante sibi Saluatoris inimico alienigene
seruiunt potestati. quasi nesciāt prophetatū dicente Iacob. Non
deficiet princeps ex Iuda & Dux de femoribus suis donec ueniat:
cui reposita sunt. & ipse ē expectatio gētiū. Sed nōdū intelligūt:

quod negare non possunt. & mente nō capiunt: quod scripturarū
 narratione cognouerunt. qm̄ insanis magistris ueritas scandalū ē.
 & cecis doctoribus fit caligo quod lumen est. Respondent itaq;
 interrogati: qđ in Berthelem nascit̄ Christus. & scientiam suā qua
 alios instruūt: non sequunt̄. Perdiderūt igit̄ successionē Regū:
 placationē hostiarū: locū supplicationū: ordinē sacerdotum. & cū
 omnia sibi clausa om̄ia experiant̄ sibi esse finita: nō uident ea in
 Christum esse translata: Vnde qđ illi tres uiri uniuersarū gentiū
 personā gerentes adorato domino sunt adepti: hoc in populis suis
 per fidē que iustificat impios: totus mundus assequit̄. & hereditatē
 domini ante secula preparatam accipiunt adoptiui. & perdūt: qui
 uidebantur esse legitimi. Resipisce tandem Iudae. Resipisce & ad
 redēptorem tuū deposita infidelitate etiā conuertere. noli sceleris
 tui immanitate terri. Nō iustos Xpristus sed peccatores uocat.
 nec impietatē tuam repellit: qui pro te dū crucifixus esset: orauit.
 immitē crudeliū patrū tuorū solue sērentiā. neq; te eorū maledicto
 patiaris obstringi: qui clamātes de Christo Sanguis eius super nos:
 & sup filios nostros: facinus in te sui criminis transfuderunt. redite
 ad misericordē. utimini clementia remittentis. Seuitia enim uestre
 iniquitatis cōuersa est in causā salutis. uiuit quē perire uoluistis.
 confitemini negatum. adorete uēditū. ut uobis bonitas illius p̄sit:
 cui uestra malignitas nocere non potuit. ¶ Quod ergo ad ueram
 dilectissimi pertinet caritatē: quā etiā inimicis nostris ex dominica
 eruditione debemus: & optandum nobis est: & studendum: ut hic
 populus qui ab illa spiritali patrum nobilitate defecit: ramis sue
 arboris inserat̄. Multū. n. nos deo beniuolētia ista cōmendat: qđ
 ideo delictū eorū nobis misericordie locū fecit: ut eos ad emulati/
 onem salutis recipiende fides nostra reuocaret. Nam uitam p̄iorū
 nō solū sibi sed etiā aliis esse utilē decet. ut quod apud eos agi nō
 p̄t uerbis: obtineat̄ exēplis. ¶ Considerantes itaq; dilectissimi in/
 effabilem erga nos diuinorum munerum largitatem cooperatores
 simus gratie dei operantis in nobis. Non enim dormiētibus puenit
 regnū celoꝝ: nec ocio desidiaz torpentibus beatitudo eternitatis
 ingreditur. Sed quia sicut Apostolus ait: Si compatimur: & con/
 glorificabimur: illa nobis currenda est uia: quam ipse dominus
 se eē testificatus est: q̄ nobis nullis operū meritis suffragantibus &
 sacramento consuluit. & exemplo. ut in adoptionem uocatos per
 illud prouerberet ad salutem: per hoc imbueret ad laborem. ¶ Hic

autem labor dilectissimi pufilul & bonil feruil non folu nec alper
nec oneroful fed etiam fuauil & leuil eil: dicente domino: Venite
ad me omnes q laboratis: & onerati eil: & ego reficiã uof. tollite
iugum meum fuper uof: & difcite a me: quia mitil fum: & humilil
corde. & inuenietil requiem animabul ueilril. Iugum enim meum
fuaue eil. & onul meum leue. **N**ihil enim dilectiffimil arduum eil
humilibul. & nihil alperu mitibul. & facile omnia precepta uenitũ
ad effectum: quando et gratia pretendit auxiliũ & obedientia
mollit imperium. Inconante enim quottidie auribul noilril eloqo
dei quid diuine iuilicie placeat: fcire conuincimur. Sed qa iudiciũ
illud quo unufquifq; recipiet: prout gelferit: fiue bonũ: fiue malũ:
iudicaturi paciẽtia & bonitate differtur: impunitatẽ fibi iniquitatil
infidelium corda promittunt. & putant humanoz actũũ qlitatel
ad diuine puidentie non pertinere cenfuram. qli non euidẽtiffimil
plerunq; fupplicil malegeila plectantur. aut non fepe celeilium
comminationum terror oitendat: quibul utiq; & fidel monetur:
& infidelital increpatur. Inter hec autem permanet fuper omneil
benignital dei: & nulli mifericordiam fuam denegat: cũ indilcrete
uniuerfil bona multa largitur. eofq; quof merito fubderet penil:
mauult inuitare beneficiil. Dilatio enim uindictẽ dat locum pe/
nitentie. Nec tñ dici poteil nulla ibi eil ultio: ubi nulla cõuerfio
eil. quia menil dura & ingrata iam fibi ipfa fupplicium eil. & in
cõfcientia ipfa patitur: quicquid dei bonitate differtur. Non igit
delinquentel peccata delectent: ut illoil in fuil actibul uite huiul
finil inueniat. Quoniam in inferno nulla eil correptio. nec datur
remedium fatiffactionil: fi iam nõ fupereit actio uolũtatil: dicẽte
Propheta Dauid: Quoniam non eil in morte qui memor fit tui.
In inferno autem qui cõfitebit tibi? Fugiant noxie uoluptateil.
inimica gaudia. & defideria iam iamq; peritura. qui fructul eil
que ue utilital ea indelinenter cupere: que etiam fi non deferunt:
deferenda funt. Amor rerum deficientium ad incorruptibilia trã/
ferat. & ad fublimia uocatul aimul celeilribul delectet. Cõfirmate
amicital cum fanctil angelil. intrate in ciuitatem dei. cuiul nobil
fpondetur inhabitatio. & Patriarchil & Prophetal & Apoiltil
Martyribulq; fociamini. Vnde & illi gaudẽt: inde gaudete. Hoil
diuitial concupifcite. & per bonam emulationem ipforum ambite
fuffragia. Cum quibul enim fuerit uobil confortium deuotionil:
erit & communio dignitatil. Dum itaq; tempul uobil ad mandata

dei exequenda conceditur: glorificate deum in corpore uestro. & lucere dilectissimi sicut luminaria in hoc mudo. sint lucerne metiu uestrarum semper ardentes. & nihil resideat uestris tenebrosum in cordibus. Quonia sicut ait Apostolus: Fuistis aliquado tenebre: nunc autem lux in domino. Impleanturq; in nobis que in trium Magoz imagine precesserunt. Et sic luceat lumen uestru coram hominibus: ut uidentes opera uestra bona glorificet patre uestru qui in celis est. Sicut enim magnum peccatum est cum inter getes propter malos Christianos nome domini blasphemate: Ita magnu pietatis est meritum: cu eidem in sancta seruoꝝ suoꝝ couersatione benedicatur. Cui est gloria in secula seculorum Amen.

De Epiphania domini eiusdem sermo sextus.

DIes dilectissimi quo primum gentibus Saluator apparuit: sacro nobis honore ueneradu e. illa hodie cordibus nostris concipienda sunt gaudia: que in trium Magoz fuere pectoribus: quando Regem celi & terre signo & ductu noui syderis incitati quem crediderant promissum: adorauere conspicuum. Neq; enim ita ille emensus est dies: ut uirtus operis que tunc est reuelata: transierit. nibiloq; ad nos nisi reigeste fama peruenerit: qua fides susciperet: & memoria celebraret. cum multiplicato munere dei etiam quottidie nostra experiantur tepora quicquid illa habuere primordia. quanuis ergo narratio euangelice lectionis illos prope recenseat dies: in quibus tres uiri quos nec prophetica predicatio docuerat: nec testificatio legis instruxerat: ad cognoscendum deum a remotissima orientis parte uenerunt: hoc idem tamen & manifestius nunc: & copiosius fieri in omnium uocatorum illuminatioe perspicimus: quonia implet Prophecia Esaie dicentis: Reuelauit dominus brachium sanctum suum in conspectu omnium gentium: & uiderunt omnes gentes terre salutem que a domino deo nostro est: & iterum Et quibus non est annuntiatum de eo: uidebunt. & qui non audierunt: intelligent. Vnde cu cernimus homines mundane sapientie deditos & a Iesu Christi confessione longinquos de profundo erroris sui reduci & ad cognitione ueri luminis aduocari diuine proculdubio gratie splendor operat: & quicqd in cordibus tenebrosis noue lucis apparet: de eiusde stelle radius micat ut metes: q̄s suo fulgore cotigerit & miraculo moueat: & ad deu adorandu

preuendo perducatur. Si autem sollicito intellectu uelimus aspicere: quomodo etiam triplex illa species munerum ab omnibus qui ad Christum gressu fidei ueniunt: offeratur: nonne in cordibus recte credentium eadem celebratur oblatio. Aurum etenim de thesauro animi sui promit: qui Christum Regem uniuersitatis agnoscit. Myrrham offert: qui unigenitum dei credit ueram sibi hominis unuisse naturam. & quodam eum Thure ueneratur: qui in nullo ipm paterne maiestati imparem confitetur. **H**is cōparationibus dilectissimi diligenter inspectis inuenimus etiā Herodis non deesse personā. cuius ipse diabolus sicut tunc fuit occultus: Ita nūc quoq; indefessus est imitator. Cruciatum enim uocatione gentiū. & quotidiana potestatis sue destructione torquet. dolens ubiq; se deserti. & uerum Regem in locis omnibus adorari. parat fraudes. fingit dissentiones. erūpit in cedes. & ut reliquis quos adhuc fallit: urat: Inuidia uritur in Iudeis. simulatione insidiat in Hereticis. seueritas accenditur in Paganis. uidet enim insuperabilem esse potentiam Regis eterni: cuius mors ipsius uim mortis extinxerit. & ideo totā nocendi artem in eos qui uero Regi famulantur: armauit. alios per inflationem scientie legalis obdurans: alios uero in furorem persecutionis instigans. alios per false fidei commenta deprauās. Sed hanc Herodis istius rabiem ille uincit: & destruit: qui etiam paruulos martyri palma coronauit. et fidelibus suis tā inuictam indidit caritatem: ut Apostoli uerbis audeant dicere: quis nos separauit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an psequutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die. estimati sumus sicut oues occisionis. in his om̄ibus superamus propter eum: qui dilexit nos. **H**anc fortitudinem dilectissimi non illis temporibus tantum necessariam fuisse credimus: quibus Reges: mundi et omnes seculi potestates cruenta impietate in dei populū seuebant. cū ad maximam gloriā suā pertinere dicerent: si de terris nomen Christianū auferrent. nescientes Ecclesiam dei per furorem sue crudelitatis augeri: quoniam in suppliciis & mortibus beatorum martyrum: qui putabantur minui numero: multiplicabant exemplo. Deniq; tantum contulit fidei nostre impugnatione persequentium: ut nihil magis regum ornet principatum: q̄ quod domini mundi membra sunt Christi. nec tam gloriantur q̄ in imperio geniti: q̄ gaudent quod in baptisate sunt renati. **S**ed quia tempestas priorum

turbinum conquieuit: & dudum cessantibus prelus quedā uidetur
 arridere tranquillitas: uigilāter cauenda sunt illa discrimina: que
 de ocio ipsius pacis oriuntur. Aduersarius tamen qui in apertis in/
 efficax persequutionibus fuit: recta nocendi arte defuit: ut quos
 non pertulit ictu afflictionis: lapsu deiciat uoluptatis. **V**idens
 itaq; sibi resistere principum fidem: & unius deitatis inseparabilem
 trinitatē: non segnius in palatijs q̄ in Ecclesijs adorari: interdictā
 dolet sanguinis Christiani effusionem. & quorum obtinere non
 potest mortes: impetit mores. Terrores proscruptionū in auaricie
 mutat incendium. & quos damnis non fregit: cupiditate corrūpit.
 Malignitas enim lōgo usu proprie imbuta nequicie: nō deposuit
 odium: sed uertit ingeniū: quo sibi mentes fideiū blandius subdat.
 Inflāmat enim concupiscentijs: quos non potest uexare tormētis.
 serit discordias. accendit iras. incitat linguas. & ne ab illicitis dolis
 cautiōra corda se reuocent: consummandorum scelerum ingerit
 facultates: q̄ illi totius fraudis hic fructus est: ut qui immolatiōe
 pecudū & thuris incensione non colitur: quibuslibet ei criminibus
 seruiatur. Habet igitur dilectissimi pax nostra pericula sua. &
 frustra de fidei libertate securi sunt: qui uitiorum desiderijs non
 resistūt. Cor hominum de operum ostenditur qualitate. & formas
 mentium species detegit actionum. Nam sunt quidam sicut ait
 Apostolus: qui deum profitentur se scire: factis autem negant.
 Vere enim reatus negationis incurritur: quando bonum quod
 in sono uocis auditur: in conscientia non habetur. fragilitas enim
 conditionis facile in delicta prolabitur. Et quia nullum sine de/
 lectatione peccatum est: cito acquiescitur deceptorie uoluptati.
 Sed a carnalibus desiderijs recurratur ad spiritale presidium. &
 mens habens noticiam dei sui a cōsilijs se maleuadi hostis auertat.
 Prosit illi patientia dei. nec ideo delinquendi pertinacia nutriat:
 quia uindicta differtur. Non sit peccator de impunitate securus:
 quia si tempus penitentie amiserit: locum indulgentie nō habebit:
 dicente Propbeta: Quia nō est in morte qui memor sit tui. in in/
 ferno autem quis confitebitur tibi? Qui autem sibi correctionis
 reparatonem experitur esse difficilem: confugiat ad auxiliantis
 dei clementiā. & uincula male consuetudinis ab illo poscat abrūpti:
 qui alleuat omnes: qui corruunt. & erigit omnes elisos. Non erit
 uacua confitentis oratio: quoniam misericors deus uoluntatem
 timentū se faciet. & dabit: quod petitur: qui dedit: unde peteret.

Per dominum nostrum Iesum Xpristum qui uiuit & regnat in
secula seculorum Amen.

De Epiphania domini eiusdem sermo septimus.

Memoria rerum ab humani generis saluatore gestarum magnam
dilectissimi nobis confert utilitatem: si que ueneramus conditas
suscipiamus imitanda. In dispensationibus enim sacramentorum
Christi & uirtutes sunt gratie: & incitamenta doctrine. ut quem
confitemur fidei spiritu: operum quoque sequamur exemplo. Nam
etiam ipsa primordia que dei filius per matrem uirginem nascendo
suscepit: ad profectum nos pietatis instituunt. Simul enim apparet
cordibus rectis in una eademque persona & humana humilitas: &
diuina maiestas. quem cuncte testantur infantem: celum & celestia
suum loquuntur autorem. puer corporis parui dominus & rector
est mundi. & genitricis gremio continetur: qui nullo fine conclu/
ditur. Sed in his nostrorum uulnerum est curatio. & nostre deiectionis
erectio. quia nisi in unum tanta diuersitas conueniret: reconciliari
deo humana natura non posset. Legem ergo uiuendi remedia
nobis nostra sanxerunt. & inde data est moribus forma: unde
mortuis est impensa medicina. nec immerito. cum tres Magos ad
adorandum Iesum noui sideris claritas deduxisset: non eum imperantem
demonibus: non mortuos suscitantem: non caecis usum: non claudis
gressum: aut mutis eloquium reformantem: nec in aliqua diuinarum
uirtutum actione uiderunt. sed puerum silentem quietum & sub
matris sollicitudine constitutum. in quo nullum quidem appareret
de potestate signum. sed magnum preberetur de humilitate mira/
culum. Ipsa itaque species sacre infantie cui se deus deifilius aptarat:
predicationem auribus intimandam oculis ingerebat. & quod adhuc
uocis non proferebat sonus: uisionis iam docebat effectus. Tota
enim uictoria Saluatoris que & diabolum superauit & mundum:
humilitate est concepta: humilitate est confecta. Dispositos dies
sub persecutione inchoauit. & sub persecutione finiuit. nec
puero tolerantia passionis: nec passuro defuit mansuetudo puerilis.
quia unigenitus dei sub una maiestatis sue inclinatione suscepit:
ut & homo uellet nasci. & ab hominibus posset occidi. Si igitur om/
nipotens deus causam nostram nimis malam humilitatis priuilegio
bonam fecit: & ideo destruxit mortem et mortis autorem: quia omnia
que persecutores intulere non reuult. sed obediens patri crudelitates

sententiam: iustissima lenitate tolerauit: quantum nos humiles quantum
 oportet esse patientes? Qui siquid laboris incidimus: nunquam nisi
 nostro merito sustinemus. Quis autem gloriabitur castum se ha-
 bere cor? aut mundum se esse a peccato? dicente beato Iohanne:
 Si dixerimus: quia peccatum non habemus: nos ipsos seducimus:
 & ueritas in nobis non est: quis inuenitur ita immunis a culpa: ut
 in eo non habeat uel iusticia quod arguat: uel misericordia quod
 remittat? Vnde tota dilectissimi Christiane sapientie disciplina non
 in abundantia uerbi non in astutia disputandi neque in appetitu
 laudis & glorie sed in uera & uoluntaria humilitate consistit: quam
 dominus Iesus ab utero matris usque ad supplicium crucis pro omni
 fortitudine & elegit: & docuit. Nam cum discipuli eius intra se ut
 ait Euangelista: disquirerent: quis eorum maior esset in regno
 celorum: uocauit paruulum: & statuit eum in medio eorum: &
 ait: Amen Amen dico uobis: nisi conuersi fueritis: & efficiamini
 sicut paruuli: non intrabitis in regnum celorum. **Q**uicumque ergo
 humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celoꝝ.
 Amat Christus infantiam humilitatis magistram innocentie regu-
 lam. mansuetudinis formam. Amat Christus infantiam: ad quam
 maiorum dirigit mores. ad quam senum reducit etates. & eos
 ad suum inclinat exemplum: quos ad regnum sublimat eternum.
 Ut autem plene ualeamus agnoscere quomodo apprehendi possit
 tam mira conuersio: & in puerilem gradum qua nobis imitatione
 redeundum sit: docet nos beatus Apostolus: & dicit. Nolite pueri
 effici sensibus. sed malicia paruuli estote. Non ergo ad lubrica
 infantie & ad imperfecta nobis primordia redeundum est. Sed
 aliquid quod etiam graues annos deceat: inde sumendum: ut uelox
 sit commotionum transitus: citus ad pacem recursus. Nulla sit me-
 moria offensionis. nulla cupiditas dignitatis. Amor sote dilectionis.
 equalitas naturalis. Magnum enim bonum est: nocere non nosse.
 & ad maligna non sapere. quia inferre ac referre iniuriam mundi-
 bus prudentia est. Nemini autem malum pro malo reddere christi-
 ane est equanimitatis infantia. **A**d hanc nos similitudinem di-
 lectissimi paruulorum mysterium hodiernae festiuitatis inuitat. &
 hanc nobis humilitatis formam adoratus a Magis puer Saluator
 insinuat. qui ut imitatoribus suis quid glorie pararet: ostenderet:
 ortus sui tempore editos martyrio consecrauit. ut in Bethleem ubi
 Christus natus est geniti per communionem etatis consortes fierent

passionis. Ametur igitur humilitas. & omnis ab fidelibus uitetur elatio. Alter alterum sibi preferat. & nemo quod est suum: querat. sed quod alterius. ut cum in omnibus abundauerit affectus benivolentie: in nullo uirus inueniat inuidie. Quoniã qui se exaltat: humiliabitur. & qui se humiliat: exaltabitur. eodẽ ipso attestãte domino Iesu Xpristo. **¶** Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus in secula seculorum. Amen.

¶ De Epiphania domini eiusdem sermo octauus.

Quam dilectissimi & rationem sollempnitatis hodiernæ sepe nobis & Euangelica narratio & obseruãtiæ consuetudo patefecit: nec necesse est ita nũc que inter Saluatoris nostri p̄mordia humana sunt gesta: replicare: ut de splendore noui syderis de Magis Magorumq; muneribus de seuitia Herodis & interfectiõẽ infãtium differamus: cũ sicut nostis: & in stelle fulgore dei gratia: & in tribus uiris uocatio gentium: & in rege impio crudelitas paganorum: & in occisione infãtium cunctorum Martyrum forma precesserit. Sed quia in sacratissimo die reddendum expectationi uestre est sacerdotalis sermonis officium nitamur ut possumus: adiuuante spiritu dei eo per intelligentie semitas peruenire: ut cognoscamus sacramentum presentis festi ad omnium fidelium tempora pertinere. nec ullo modo habeat insolitum: quod in dispõsationũ ordine adoratur antiquum. Quauis enim omnis anima Xpiana nihil indignum debeat de filii dei maiestate sentire. & transcensis incipientis fidei rudimentis oporteat unũquẽq; ad sublimiora p̄ficere: necesse est tñ infirmitati mentis humane dum uerũ hominẽ accipit Christum: de ipsa nature nostre communione trepidare. & p̄ initia uel incrementa corporea ad agnitionem unius cum patre deitatis difficulter accedere. Sed ubi inter caligantes cogitationes radius superne lucis effulserit: contantes fidei moras splendor ueritatis abrumpat: ut cor liberum & a uisibilibus absolutum lumẽ intelligentie tanq̄m ducem stellam sequatur: Quia sicut Apostolus ait: Dominus Iesus Christus in gloria ẽ dei patris: ut quẽ uenerabat in cuius humilitate iacentem: ipsum sine diffidentia adoret cum patre regnantẽ. Hec aut manifestatio dilectissimi que hesitãtiũ nebulas dissoluit animarum: & ita fecit innotescere dei filiũ ut de hoc quod idem est etiam hominis filius nihil patiat̄ur obstaculi: ad

presentis festi pertinet dignitatem. & uera est infantia saluatoris
 declaratio deitatis: qñ carnis sesus ab humanis ad diuina trãfferẽ.
 ut quos deprimunt experimẽta infirmitatũ: erigãt signa uirtutũ.
 qa tali auxilio & natura nostra indigebat: & causa: ut repararet
 genus humanum: nec sine humilitate maiestas: nec sine maiestate
 posset humilitas. Iam uero in singulorum fidelium profectibus
 diuinorum elucet custodia mandatorũ. impleturq; quod dictũ est:
 Sic luceat lux uestra coram hominibus: ut uideant opera uestra
 bona: & glorificent patrẽ uestrũ: qui in celis est. Quis illic pñtem
 non intelligat maiestatem: ubi ueram uidet apparare uirtutem?
 que utiq; sine deo nulla est. nec proprietatem obtinet deitatis: nisi
 spiritu sui uegetetur autoris. Dicente enim discipulis suis domino:
 Sine me nihil potestis facere: dubium non est: hominem bona
 agentem ex deo habere & effectũ operis: & iniriũ bone uolũtatis.
 Vnde & Apostolus copiosissimus fidelium cohortator cum timore
 inquit & tremore uestram salutem operamini. **D**eus est enim qui
 operat in nobis & uelle: & cpari pro bona uolũtate: & hec sãctis
 causa est tremendi atq; metuendi: ne ipsis operibus pietatis elati
 deserantur ope gratie: & remaneant in infirmitate nature. **Q**ui
 autẽ expiri cupit: an in ipso deus habitet: de quo dicit: mirabilis
 deus in sãctis suis: sincero examine cordis sui interiora discutiat. &
 sagaciter querat: qua humilitate resistat superbie. q̃ beniuolẽtia
 oblectetur inuidie. q̃ non capiatur adulãtium linguis: q̃q; bonis
 delectetur alienis. An pro malo non cupiat malũ reddere. malitq;
 multas obliuisci iniurias: q̃ imaginem sui conditoris amittere. qui
 omnes ad cognitionem sui generalibus incitans donis pluit super
 iustos & iniustos. & solem suum oriri facit super bonos & malos.
 ac ne in multis laboreat sollicitate discretiõis inspectio: ipsam matrẽ
 uirtutum omnium caritatem in secretis sue mentis inquirat. & si in
 ea dilectionem dei & proximi toto corde intẽte reppererit: ita ut
 etiam inimicis eadem uelit tribui: que sibi optat impendi: Quisquis
 huiusmodi est: deum rectorem sui esse non dubitet: quem tanto
 magnificentius receperit: quanto magis non in se sed in domino
 gloriatur. Quoniam quibus dicitur regnum dei intra uos est: u
 nimirũ illius aguntur spiritu: cuius reguntur imperio. **S**cientes
 igitur dilectissimi quoniam caritas deus est: qui operatur omnia
 in nobis: Sectamini caritatem ita ut in unum caste dilectionis
 affectum uniuersoꝝ fidelium corda concurrant. transeuntia nos

& uana non occupent. constanti desiderio ad ea que sunt semper mansura: tendamus. Sacramentum enim presentis festi oportet in nobis eē perpetuū. Quod utiq; sine fine celebrabitur: si in om̄ibus actibus nostris dominus Iesus Christus appareat. Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De Quadragesima eiusdem sermo primus.

Hebreorum quōdam populus & omnes Israelitice tribus cum propter peccatorum suorum offēsiōes graui Phylistinorū dominatione p̄merent: ut superare hostes suos non possent: sicut sacra manifestat historia: uires animi & corporis indicto sibi re/parauere ieiunio. Intellexerant enim duram & miseram illam sub/iectionem neglectu se mandatorum dei & morum corruptione meruisse. frustra q; se armis certare: nisi prius uitis repugnassent. Abstinentes ergo a cibo & potu se uere sibi castigatiōis adhibuere censurā. & ut hostes suos uincerent: gula illecebram in seipsis ante uicerūt. Factumq; est hoc modo ut seui aduersarij & graues dñi esurientibus cederent: quos sibi saturos subiugarant. **E**t nos itaq; dilectissimi inter multas aduersitates & prelia cōstituti si similibus remedijs uti cupimus: simili obseruatione curemur. Eadem enim prope modum causa nostra est: que illorum fuit. quoniam sicut illi a carnalibus aduersarijs ita & nos a spiritualibus maxime impugnamur inimicis. Qui si donota nobis per dei gratiam morum correptione uincantur: & corporeorum nobis hostium fortitudo succūber: & emendatione nostra infirmabūtur: quos graues nobis non ipsorum merita sed nostra delicta fecerūt. **Q**uapropter dilectissimi ut om̄es hostes nostros superare ualeamus: p̄ obseruatiā celestium mandatorum diuinum queramus auxilium: Scientes nō aliter nos preualere posse aduersarijs nostris: nisi preualuerimus & nobis: Sunt enim intra nosmetipsos multa certamina. & aliud caro aduersus spiritum: aliud aduersus carnem spiritus cōcupiscit. In qua dissensiōe si cupiditates corporis fuerint fortiores: turpiter animus amittet propriā dignitatē. & perniciosum erit eū seruire. quē decuerat imperare. Si autē mens rectori suo subdita & sup̄nis muneribus delectata terrene uoluptatis incitāmēta calcauerit: & in suo mortali corpore regnare peccatū nō siuerit: ordinatissimū tenebit ratio principatum. & mutationes eius nulla spiritualium

nequitiarum labefactabit illusio. quia tunc est uera pax hominis:
 & uera libertas: quando & caro animo iudice regitur. & animus
 deo preside gubernatur. **H**ec autem preparatio dilectissimi licet
 omni tempore salubriter assumatur: ut peruigiles hostes incessabili
 superentur industria: Nunc tamē sollicitius expetenda est & stu/
 diosius instruenda: quando & ipsi subtilissimi aduersarii aciori
 insidiantē astutia. Scientes enim agere nos sacratissimos q̄dragesime
 dies in quorum obseruantia omnes negligentie diluuntur: ad hoc
 totam uim sue malignitatis intendūt: ut celebraturi sanctū pascha
 domini in aliquo inueniamur indigni: & unde nobis optinenda
 erat propitiatio: inde contrabatur offensio. **A**ccedentes ergo di/
 lectissimi ad quadragesime initium idest ad diligentiore[m] domini
 seruitutē: Quia quasi ad quendam agonem sancti operis accedimus:
 ad pugnas temptationum animos preparemus. & intelligamus q̄to
 studiosiores pro nostra salute fuerimus: tanto nos uehementius ab
 aduersariis impetendos. Sed fortior est qui in nobis est: q̄ qui ad/
 uersum nos est: & per ip̄m ualidi sumus: in cuius uirtute cōfidimus.
 quia ob hoc dominus se temptari a temptatore permisit: ut cuius
 munimur auxilio: eiusdem erudiremur exemplo. Vicit enim ad/
 uersarium: ut audistis: testimonis legis: non potestate uirtutis: ut
 hoc ipso & hominem plus honoraret: & aduersarium plus puniret.
 cum hostis generis humani nō solū quasi a deo sed etiā ab homine
 uinceretur. Pugnauit ergo ille tūc: ut & nos postea pugnaremus.
 uicit ille: ut & nos similiter uiceremus. Nulla sunt enim sine tēp/
 tationum experimentis opera uirtutis. nulla sine perturbatiōibus
 fides. & nullū sine hoste certamen. nulla sine cōgressiōe uictoria.
 Vita hec nostra in medio insidiatorum in medio preliorum est. Si
 nolumus decipi: uigilandum est. si uolumus superare: pugnādum
 est. & ideo sapientissimus Salomon. Fili inq̄t accedēs ad seruitutē
 dei prepara animam tuam ad temptationē. Vir enim dei sapiētia
 plenus sciens studium religionis laborem habere certaminis: cum
 preuideret pugne periculū: ante admonuit pugnaturū. ne forte
 si ad ignorantem temptator accederet: imparatum citius uulne/
 raret. Nos itaq; dilectissimi qui diuinis institutionibus eruditi ad
 agonem presentis certaminis sciēter accedimus: Audiamus dicentē
 Apostolū: Non ē nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē:
 sed aduersus Principes & potestates: aduersus mundi rectores
 tenebrarum harum. contra spiritalia nequicie in celestibus. & nō

ignoremus quod hi hostes nostri contra se geri omnia sentiunt: quecumq; nos pro nostra salute agere tēptamus. & hoc ipso quod boni aliquid appetimus: aduersarios prouocamus. Hec enim inter nos atq; illos per diabolice inuidie fomitē inueterata dissensio est: ut quia illi ab us bonis exciderūt: ad que nos deo auxiliante pro/ uehimur: nostris iustificatōibus torqueant. Si ergo nos erigimur: illi corruunt. si nos conualescimus illi infirmant. Remedia nostra plage ipsorum sunt. quia curatione nostrorum uulnerum uulne/ rantur. ¶ **S**tate ergo dilectissimi ut Apostolus ait: succincti lūbos mentis uestre in ueritate. & calciati pedes in preparatiōe Euāgeli pacis in omnibus sumentes scutum fidei: in quo possitis omnia tela nequicie ignea extinguere. & galeam salutis assumite: & gladium spiritus quod est uerbū dei. ¶ **V**idete dilectissimi q̄ potentibus nos telis q̄ insuperabilibus munimentis dux multis insignis triūphis & inuictus Christiane milicie magister armauerit. Succinxit lūbos balteo castitatis. calciavit pedes uinculis pacis. quia & distinctus miles cito ab impudicicie incentore uincitur. & nō calciatus facile a serpente mordetur. Scutum fidei ad protectionē totius corporis dedit. capiti galeā salutis imposuit. dexterā gladio uerbi ueritatis instruxit. ut spiritalis preliator: non solum sit tutus a uulnere: sed & repugnantem ualeat uulnerare. ¶ **H**is igitur dilectissimi freti armis impigre atq; intrepide propositum nobis certamen ineamus. ut in isto ieiuniorum studio non eo tantum simul sine contenti: ut solam ciborum abstinentiam putemus esse sectandam. Parum enim est: si carnis substātia tenuatur: & anime fortitudo nō alit: Afflicto paululū exteriore homine: reficiat interior. & subtracta saturitate corporea spiritalibus mens delitit roboret. Circūspiciat se omnis anima Xpristiana. & se uero examine cordis sui interna discutiat. Viderit nequid ibi discordie inheserit: neqd cupiditatis insederit. Incontinentiā castitas procul pellat. mendaci tenebras lux abigat ueritatis. Quia os quod mentitur: animam mentientis interficit. Detumescat superbia. humilitas assumatur. resipiscat iracundia. comminuantur iacula noxtiarum. & obrectatio lingue frenetur. Cessent uindictę. & obliuioni mandentur iniurie. Omnis postremo plantatio quam non plantauit pater celestis: radicitus auferatur. Tunc enim in nobis bene uirtutum semina nutriunt: quando ab agro cordis nostri omne germen externum euellitur. Siquis ergo in quempiam ita cupiditate ultionis exarsit: ut eum

aut carceri traderet: aut uinculis alligaret: absolutionem nō solū
 infantis sed etiam eius qui pena dignus uidetur: acceleret: ut illa
 dominice orationis regula fidenter utatur: dicens dimitte nobis
 debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. quam
 partem petitionum ita dominus in speciali insinuatione cōmēdat:
 ut totius orationis effectus in hac conditione consistat. ¶ Si enim
 inquit dimiseritis hominibus peccata eoz: dimittet & pater uester
 uobis q̄ in celis est. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater
 uester dimittet uobis peccata uestra. ¶ Proin̄ dilectissimi memores
 infirmitatis nostre quia facile in quelibet delicta prolabimur: hoc
 potentissimum remedium & istam efficacissimam uulnerū nostrorū
 curationem nullatenus negligamus. Demus ueniam: quā rogamus.
 & nō studeamus uindicari: qui nobis precamur ignosci. Pauperū
 gemitus surdo non transeamus auditu. & misericordiā indigētibus
 prompta benignitate prestemus: ut misericordiā in iudicio possi-
 mus inuenire. Ad quam perfectionem qui studium suum gratia
 dei adiutus intenderit: hic sanctū ieiunium fideliter peraget. Hic
 a fermento malicie ueteris alienus in azimis sinceritatis & ueritatis
 ad beatum pascha perueniet. & per nouitatē uite digne letabitur
 in sacramento reformatiōis humane. Per Christū dñm nostrū qui
 cū patre et spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorū Amen.

¶ De Quadragesima eiusdem sermo secundus.

Iacet nobis dilectissimi appropinquāte festo paschali ieiuniū
 q̄dragesime ipse legitimi tēporis recursus indicat: Cohortatio
 tamen etiam nostri sermonis adhibenda est: que auxiliāte domino
 nec inutilis sit pigris: nec onerosa deuotis. Nam cum omnem ob-
 seruantiam nostram ratio istorum dierum poscat augeri: nemo ē:
 ut confido: de uobis: qui se ad opus bonum nō gaudeat incitari.
 Natura enim nostra manente adhuc mortalitate mutabilis etiam
 si ad summa queq; uirtutum studio prouebatur: semper tamen
 sicut potest habere quo recidat: ita potest habere: quo crescat.
 Et hec est perfectorum uera iusticia: ut nunq̄ presumant se esse
 perfectos: ne ab itineris nondum finiti intentione cessantes ibi in-
 cidant deficiēdi periculum: ubi proficiendi deposuerint appetitū.
 ¶ Quia ergo nemo nostrū dilectissimi tam perfectus est & s̄ctus:
 ut p̄fectior & sanctior esse nō possit: Omnes simul sine differētia

graduum sine discretionē meritorum ab eis in que peruenimus in
ea que nōdum apprehendimus: pia auditate curramus. & ad mē/
suram consuetudinis nostre necessariū aliquid addamus augmenti:
parum enim religiosus alio tempore demonstrat: qui in his diebus
religiosior nō inuenitur. Vnde opportune auribus nostris lectio
Apostolice predicationis insonuit dicens. Ecce nunc tempus ac/
ceptabile: ecce nunc dies salutis. **Q**uid enim acceptius hoc tēpore?
quid salubrius his diebus? in quibus uitis bellum indicitur. & om/
nium uirtutum profectus augetur. Semper quidem tibi o anima
Christiana uigilandum contra salutis tue aduersariū fuit: ne ullus
pateret locus temptatoris insidus. sed modo tibi maior cautio &
sollitior assumēda prudentia est: quādo idem hostis tuus acrior
seuit inuidia. Nunc autem in toto mundo potestas ei antique dā/
nationis aufertur. & innumerabilia illi captiuitatis uasa rapiunt.
Renuntiaturo atrocissimo predoni a populis omnium nationum
omniūq; linguarū. & nullum iam genus hominum reperitur: quod
non tyrannicis legibus reluctetur: dum per omnes fines terre re/
generanda in Christo multorum milium milia preparantur: &
appropinquāte noue creature ortu: spiritalis nequitia ab eis quos
possidebat: excludit. Fremunt ergo expoliati hostis impius furor.
& nouum querit lucrum: quia ius perdidit antiquum. caprat in/
defessus & peruigil si q̄s reperiat oues a sacris gregibus negligētius
euagantes: quas per proclia uoluptatum & per deuexa luxurie
in diuersoria mortis inducat. inflammat itaq; iras. nutrit odia.
acuit cupiditates. irridet continentiam. incitat gulam. Quē enim
tēptare non audeat: qui nec ab ipso domino nostro Iesu Christo
conatum sue fraudis abstinuit? Nam sicut euangelica patefecit
historia: cum Saluator qui erat uerus deus. ut uerum se hominem
etiam demonstraret: & impias opiniones totius erroris excluderet:
post quadraginta dierum noctiumq; ieiunium infirmitatis nostre
in se recipisset esuriē: gausus diabolus signū se in eo passibilis atq;
mortalis inuenisse nature: ut explicaret potentiam: quā timebat:
si filius dei inquit es: dic ut lapides isti panes fiant. Poterat itaq;
istud omnipotens. & facile erat: ut ad creatoris imperium in quam
iuberetur speciem: cuiuslibet generis creatura transiret: sicut cum
uoluit in conuiuio nuptiali aquam mutauit in uinum: Sed hoc
magis salutiferis dispensatiōibus congruebat: ut nequissimi hostis
astutia non potentia deitatis sed humilitatis mysterio uinceretur.

d- baptisate
3 ab eis intell...

Deniq; fugato diabolo & omnibus artibus callidi tēptatoris elisis
 accesserunt ad dominum angeli et ministrabant ei: ut ueri hominis
 & ueri dei & apud dolosas interrogationes inuolata esset huma/
 nitas. & apud sancta obsequia manifesta diuinitas. Confundantē
 itaq; filii diaboli atq; discipuli: q; repleti inspiratione uiperea sim/
 plices quosq; decipiunt negantes in Xp̄o ueram esse naturam dū
 aut deitatem homine aut hominem deitate dispoliant. cum unius
 temporis gemino documento utraq; falsitas sit perempra. quia &
 per famem corporis uera humanitas & per famulantes angelos
 demonstrata est manifesta diuinitas. ¶ Quia ergo dilectissimi sicut
 redēptoris nostri magisterio edocti sumus: non in solo pane uiuit
 homo. sed in omni uerbo dei dignumq; est: ut populus Xp̄ianus
 in q̄ntacunq; abstinentia constitutus magis desideret se dei uerbo
 q̄ cibo satiare corporeo p̄mpra deuotione & alacri fide suscipia/
 mus sollempne ieiuniū non in sterili inedia q̄m plerūq; imbecillitas
 corporis & auaricie morbus inducit. sed in larga beniuolentia ce/
 lebrandū ut scilicet simus de illis: de qbus ipsa ueritas dicit: Beati q;
 esuriunt: & sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Delicie
 igitur nostre sint opera pietatis. & illis cibis qui nos ad eternitatē
 nutriunt: impleamur. Letemur in refectionibus pauperū: quos
 impēdia nostra satiauerint. Iocundemur in uestitu eorum: quoz;
 nuditatem indumentis necessariis texerimus. Sentiāt humanitatē
 nostram egritudines decumbentium: imbecillitates debiliū: labores
 exsulū: destitutio pupillorum: & desolataram lamenta uiduarū.
 in quibus iuuandis nemo est: qui nō aliquam possit exequi beni/
 uolentie portionem. Nulli enim paruus est census: cui magnus est
 animus. nec de rei familiaris modo mensura miserationis pendet ac
 pietatis. Nunq̄ merito caret etiā in tenui facultate bone uolun/
 tatis opulencia. Maiora quidem impendia sunt diuitū: & minora
 mediocriū. sed non discrepat fructus operū: ubi idem est affectus
 operantiū. ¶ In ista autem dilectissimi exercēdaz; opportunitate
 uirtutum: sunt etiā aliarum insignia opera coronarum: que nullo
 horreorū dispendio nulla diminutione pecunie capiant. si pellatē
 lasciuia: si abdicetur ebrietas: & carnalis concupiscentia castitatis
 legibus edometur. si odia transeant in dilectionem: si inimicie
 conuertantur in pacē: si tranquillitas extinguat iram: si mansue/
 tudo remittat iniuriam: si deniq; dominorum atq; seruorum tam
 ordinati sint mores: ut & illorum potestas minor: & istorum sic

disciplina deuotior. Hac igit̃ obseruantia dilectissimi obtinebit̃
misericordia dei: & abolito peccatorũ reatu religiose uenerandũ
pascha celebrabitur. Quod & Romani orbis pussimi Imperatores
sancta antiquitus obseruatione custodiunt: qui in honorem do/
minice passionis altitudinẽ sue potestatis inclinant. & cõstitutionũ
suarum seueritate mollita multarum culparum reos precipiunt
relaxari. ut in diebus quibus mundus saluat̃ miseratione diuina:
etiam ipsorum superne bonitatis imitatrix sit emulãda clementia.
Imitentur igit̃ Xp̃iani populi Principes suos. & ad domesticam
indulgentiam regis incitent̃ exemplis. Non enĩ priuatas leges fas
est austeriores esse q̃ publicas. Remittant̃ culpe. uincula soluãt̃.
deleant̃ offense. pereant ultiones. ut sacra festiuitas per diuinam
atq; humanã benignitatẽ omnes letantes omnes habeat innocẽtes.
Per dominũ nostrum Iesum Christum qui cum deo patre & spi/
ritu sancto uiuit & regnat deus: p̃ infinita secula seculorũ Amen.

De Quadragesima eiusdem sermo tertius.

Semper qdẽ nos dilectissimi sapiẽter & sancte uiuere decet:
& in id uoluntates nostras actionesq; dirigere: quod diuine
nouimus placere iusticie. Sed cum u appropinquant dies: quos
illustriores nobis salutis nostre sacramenta fecerunt: diligentiore
solicitudine corda nostra mūdanda: & studiosius exercenda est
disciplina uirtutum. ut sicut ipsa mysteria quadã sui parte maiora
sunt: ita & nostra obseruantia supet in aliquo cõsuetudinẽ suam
& cui festiuitas est celebranda sublimior: ipse quoq; reperiat̃ or/
nator. Si enĩ rationale & quodammõ religiosũ uidet̃: p̃ diem
festũ i uestitu nitidiorẽ p̃dicere: & habitu corporis hilaritatẽ mētis
ostendere: si ipsã quoq; orationis domum propensiorẽ tũc cura &
ampliore cultu quantũ possumus: adornamus: nõne dignũ est ut
anima Christiana que uez̃ uiuũq; dei templum est: speciem suam
prudenter exornet: & redemptionis sue celebratura sacramentum
omni circũspectiõẽ p̃caueat: ne ulla eã macula iniquitatis obfuscet:
aut duplicis cordis ruga dedecoret? Nam qd̃ prodest honestatis
formã preferens cultus exterior: si interiora hominis aliquorum
sordeãt cõtaminatione uittorũ? Omnia igit̃ que animi puritatem
& speculũ mentis obnubilãt: abstergenda sedulo & qdã eliminatiõẽ
radenda sunt. Scruteť quisq; conscientã suam. seq; ante se statuatur

proprii cēfura iudici. uideat si in secreto cordis sui illā q̄m X̄pus
 dat: inuenit pacē. si desideriu spiritus nulla concupiscentia carnis
 impugnat. si humilia non spernit. si alta non appetit. si iniquo nō
 delectat̄ lucro: si immoderato rez̄ suaz̄ non gaudet augmento.
 si deniq; aliena felicitate non uritur. aut inimici miseria nō letat̄.
 Et cum haz̄ pturbationū nihil in se forte reppererit: sincero dis/
 cuciat examine qualiū cogitationū specie frequentet̄. & utrum
 nullis uanitatū imaginibus acquiescat. uel q̄ cito animū ab iis que
 noxie blandiunt̄: abducat. Nā nullis illecebris cōmoueri: nullis
 cupiditatibus titillari: nō est istius uite que tota temptatio est: &
 qua nimiz̄ uincit̄: q̄ uinci ab eadem nō ueret̄. Superbū est enim
 de nō peccandi facilitate presumere: cum hoc ipsum presumpsisse
 peccatum sit: dicente beato Iohanne Apostolo: Si dixerimus q̄a
 peccatum non habemus: nos ipsos seducimus. & ueritas in nobis nō
 est. **N**emo igit̄ dilectissimi se fallat: nemo se decipiat. Neq; enī
 quisq; de cordis sui puritate confidat: ut putet se nullis tēptationū
 periculis subiacere: cū peruigil ille temptator eos acrioribus pulset
 insidias: quos maxime uidet abstinere a peccatis. Nā a quo dolos
 suos cōtineat: qui ipsū quoq; dominū maiestatis ausus est callidi/
 tatis sue fraude tēptare? Viderat superbā suā baptizati domini
 Iesu humilitate calcatam. intellexerat q̄draginta dierum ieiunio
 omnem cupiditatē carnis exclusā. & tñ nō desperauit de artibus
 sue malicie spiritualis improbitas. tantumq; sibi de nature nostre
 mutabilitate promisit: ut quem experiebat̄ hominē: presumeret
 posse fieri peccatorē. Si ergo ab ip̄o domino & Saluatore nostro
 deceptionū suaz̄ diabolus nō reuocauit insidias: quātomagis fra/
 gilitatē nostram impugnare presumet: quos exinde uehemētiore
 odio & inuidia seuitore p̄sequit̄: ex quo ei in baptismo renūciaui/
 mus: & ab illa cui dominabat̄ origine in nouā creaturam diuina
 regnatōe transiimus. Vnde quia dū mortali carne circūdamur:
 nō desinit nobis antiquus hostis laqueos peccati ubiq; pretendere
 & tunc maxime aduersus X̄pi membra seuire: quādo ab eis sunt
 celebranda sacratoria mysteria: merito doctrina spiritus hac eru/
 ditione imbuit populū X̄pianū: ut ad paschale festū q̄draginta
 dierum cōtinentia se p̄pararet. Cuius purificationis ratio iam nos
 ad obseruantia sue salubritatis inuitat. & diligētā nobis p̄posite
 castigationis indiat. Quāto enī sanctius quisq; hos dies inueniet̄
 egisse: tanto probabitur pascha domini honorasse religiosius. In

diebus igitur sanctorum ieiuniorum pietatis opera quibus semper studendum est: abundantius exequamur: misericordes simul ad omnes maxime autem ad domesticos fidei: ut in ipsis quoque elemosinarum distributionibus bonitatem patris celestis imitemur qui solem suum oriri facit super bonos & malos. & pluit super iustos & iniustos. ¶ **Q**uanuis ergo fidelium precipue adiuuanda sit paupertas: etiam illi tamen qui nondum Euangelium ceperunt in suo labore miserandi sunt. Quia in omnibus hominibus nature est diligenda communio: que nos etiam ut benignos debet efficere: qui nobis quacumque conditione subiecti maxime si eadem gratia iam renati & eodem sanguine Christi participo sunt redempti. Simul enim & cum istis habemus quod ad imaginem dei conditi sumus: nec carnali origine a nobis nec spiritali natiuitate diuisi sunt. Eodem spiritu sanctificamur. eadem fide uiuimus. ad eadem sacramenta concurrimus. Non spernat hec unitas. nec uilis nobis sit tanta communio. sed hoc ipso nos per omnia faciat mitiores: quod eorum utimur subiectione: cum quibus uni domino eadem subiuamur seruitute. Si qui ergo horum grauioribus dominos suos offendere delictis: indulgentiam nunc in diebus reconciliationis accipiant. Auferat miseratio seueritatem. & uenia debeat ultionem nullum custodia teneat. nullum carcer includat. quoniam deus noster misericordiam suam hac conditione promisit: ut remittenda sibi si nosset peccata propria qui remisisset aliena. Dissensionum materie dilectissimi & inimicitiarum aculei coterantur. Cessent odia. deficient simultates. in unitatem dilectionis omnia nebula conueniant. Beati. n. pacifici: quia filii dei uocabuntur. nec solum filii: sed etiam heredes. coheredes autem Christi: qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De Quadragesima eiusdem sermo quartus.

Predicaturus uobis dilectissimi sacratissimum maximumque ieiunium quo aptius utar exordio: quam ut uerbis Apostoli in quo Christus loquebatur: incipiam? Dicamque quod lectum est: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. quousque enim nulla sint tempora: que diuinis non sint plena muneribus: & semper nobis ad misericordiam dei per ipsius gratiam presteat accessus: nunc tamen omnium mentes maiori studio ad spirituales profectus moueri: & ampliori fiducia oportet animari: quoniam ad uniuersa pietatis officia illius nos dei in quo redempti sumus: recursus inuitat. ut excellens super omnia passionis dominice sacramentum purificationis & corporibus & animis celebremus.

Debebat qdem tātū mysteriū ita incessabilis deuotio: & cōtinuata
 reuerentia: ut tales pmaneremus in conspectū dei: quales nos in
 ipso paschali festo dignū est inueniri. Sed qā hec fortitudo pau/
 corum est: & dū carnis fragilitate austerior obseruātia relaxatur:
 Dumq; per uarias actiones uite huius sollicitudo distēdit: necesse
 est de mūdano puluere etiam religiosa corda sordescere: Magna
 diuine institutiōis salubritate purisū est: ut ad reparandā mentiū
 puritatē: q̄draginta nobis dieꝝ exercitatio moderetur. et ieiunia
 casta decoquerēt. Ingressuri igit̄ dies mysticos & purificādis ani/
 mis atq; corporibus sacratius iūstitutos: p̄ceptis Apostolicis obedire
 curemus: emundātes nos ab omī inq̄namento carnis ac spiritus: ut
 castigatis colluctatiōibus: que sūt inter utranq; substātiā: animus
 quē sub dei gubernaculis constitutum corporis decet esse rectorē:
 dominationis sue obtineat dignitatē: ut nemini dātes ullā offen/
 sionē uitupationibus obloquentiū nō simus obnoxii: digna enim
 ab infidelibus rephēsiōe carpemur: & nostro uitio lingue impie
 in iniuriā se religionis armabūt: si ieiunantium mores a puritate
 p̄fecte cōtinentie discreparint. Nō enī in sola abstinentia cibi stat
 nostri sūma ieiunii: aut fructuose corpori esca subtrahitur: nisi
 mens ab iniquitate reuocet̄. & ab obrectationibus lingua cohibeat̄.
 Sic ergo nobis edendi est moderanda libertas: ut etiā alie cupidi/
 tates eadē lege frenent̄. Māsuetudinīs & patientie pacis & tran/
 quillitatis hoc tempus est: in quo exclusa omnium contaminatiōe
 uitioꝝ p̄petuitas est obseruāda uirtutū. Nunc piarum mentium
 fortitudo donare culpas: negligere cōtumelias: & obliuisci assues/
 cat iniurias. Nunc fidelis animus per arma iusticie a dextris se
 exerceat & sinistris. ut p̄ gloriā et ignobilitatē: p̄ ifamiā et bonā
 famā: securam cōscientiā constātēq; p̄bitatē nec laudes inflent:
 nec obp̄bria defatigēt. Religiosorum modestia nō sit mesta: sed
 sancta. nec inueniant̄ in eis ullaz̄ murmura querelaz̄: q̄bus nunq̄
 desunt sanctoꝝ solatia gaudioꝝ. Nō timeat̄ inter opera miseri/
 cordie terrenaz̄ diminutio facultatū. Semp̄ diues est Christiana
 paupertas: quia plus est quod habet: q̄ quod nō habet. Nec pauet
 in isto mundo indigētia laborare: cui donatū est in omniū rerum
 domino omnia possidere. Operantibus ergo que bona sūt: nō est
 omnino metuendū: ne eis desit facultas opandi: cum & in duobus
 nūmis Euāgelice illius uidue sit laudata deuotio. & pro calice
 aque frigide p̄m̄ium habet gratuita largitio. Ex affectibus enim

pioꝝ benignitatis mēſura taxatur. & nunq̄ eū miſerēdi efficacia
deſerit: in quo miſericordia ipſa nō defecit. Expta eſt hec uidua
illa de Sarepta: que beato Helie in tempore famiſ uniuſ diei cibū
quem ſolū habebat: appoſuit. & Prophete eſuriam neceſſitati ſue
p̄ferenſ exiguū farine & puſillū olei: incōtanter expēdit. Sed nō
defuit ei: quod fideliter erogauit. & in ualiſ pia effuſiōe uacuaſ
font noue ubertatiſ exortuſ eſt. ut ſāctiſ uſibuſ nō minueret̄ eiuf
ſubſtātie plenitudo: cuiuſ nō fuit formidata defectio. ¶ Iſ autem
ſtudiſ dilectiſſimi ad que uoſ uolūtarie cōfidimur p̄paratoſ: non
ambigatiſ diabolū q̄ omniū uirtutū eſt aduerſariuſ: inuidere. et
ad hoc uim ſue malignitatiſ armare: ut quoſ nō potuerit deucere
p̄ diffidentiā: conet̄ ſupare p̄ gloriā. Vicinū eſt enī recliſ actio/
nibuſ ſupbie malū. & de p̄ximo ſemp uirtutibuſ inſidiat̄ elatio.
quia difficile eſt ut laudabiliter uiuentem lauſ non capiat: niſi ut
ſcriptū eſt: q̄ gloriat̄: in dño gloriat̄. Cuiuſ uero ille hoſtiſ neq̄ſſi/
muſ nō audeat impugnare p̄poſituſ: cuiuſ nō appetat uiolare
ieiuniū: q̄n uerſuſiaſ ſuaſ ſicut Euangelica lectiōe patefactū eſt:
nec ab ipſo mūdi Saluatore cōtinuit? Expauelcent̄ enim in illo
q̄draginta dieꝝ noctiūq; ieiuniū: explorare callide uoluit: utrum
hāc cōtinentiā donatā haberet an p̄pria: ut nō metueret decep/
tionū ſuarum opa ſoluēda: ſi Xp̄uſ eiuf eſſet cōditioniſ cuiuſ eſt
corp oriſ. Primo itaq; dolo ſcrutatoſ eſt: an ipſe eſſet ſubſtātiāꝝ
creator. qui rez corporeāꝝ poſſet in que uellet mutare naturaſ.
Secūdo an ſub hūane carniſ ſpecie diuinitaſ obumbrata tegeret̄:
cui facile eſſet peruiū ſibi aera facere: & terrena per uacuū mēbra
librare. Sed cū illi dominuſ iuſticiā maluiſſet opponere ueri ho/
miniſ: q̄m potentiam manifeſtare deitatiſ: ad hoc conuertit tertie
fraudiſ ingeniū: ut eū in quo diuine poteſtatiſ ſigna ceſſauerant:
dominādi cupiditate tēpraret. & ad uenerationē ſui regna mundi
pollicēdo traduceret. Sed prudentiā diaboli ſultā fecit ſapientia
dei: ut ſupbuſ hoſtiſ hominem uidenſ quem aliq̄n ſupauerat: non
metueret eum p̄ſequi: quē p̄ oībuſ oportebat occidi. Huiuſ igit̄
aduerſariuſ doloſ nō ſolum illecebrif gule ſed etiam in propoſito
abſtinētie caueamuſ. Qui enī ſciuit humano generi mortē inferre
p̄ cibū: nouit et p̄ ipſū nocere ieiunium. & ad contrarie fraudiſ
effectū famuliſ utēdo Manicheiſ ſicut p̄ ſerpentem intulit inter/
dicta preſumi: ita p̄ famē ſuadet cōceſſa uitari. Utiliſ quidem eſt
abſtinentia que parco aſueta uictu deliciarū cohibet appetitum.

Sed ueh illoꝝ dogmati apud quos etiã ieiunãdo peccat̃. damnãt
 creaturaz naturam in creatoris iniuriam. & cõtaminari edentes
 asserũt us: quoz nõ deum sed diabolũ cõditorẽ esse definiũt. cum
 prorsus nulla sit substãtia mala: nec ipsius mali sit ulla natura.
 Oĩa enĩ bona bonus autor instituit. & unus est uniuersaz rerũ
 creator: q̃ fecit celũ & terram mare & omnia que in eis sunt. Ex
 q̃bus quicqd homĩ ad cibũ potũq; cõcessũ est: sanctũ & mundum
 est in sui generis q̃litate. Quod si imoderata auuiditate sumatur:
 nimietas edaces et bibaces dedecorat: non cibi neq; poculi natura
 cõtaminat. Omnia enĩ sicut Apostolus ait: Mũda sunt mundis.
 Coingnatis enĩ & infidelibus nihil est mundũ. sed coingnata sunt
 eoz mens & cõscientia. Vos autem dilectissimi catholice matris
 sãcta generatio quos í schola uirtutis spiritus sãctus erudiuit: li/
 bertatẽ uestram cõgrua ratiõe moderamini. sciẽtes qm̃ bonũ est
 & a licitis abstinere: & cũ castigatus uiuendum est: ita discernere
 cibos: ut usus eoz semoueat: nõ natura damnet. Nulla itaq; uos
 cõtationis huius aspergat impietas: q̃ sua maxie obseruãtia pol/
 luuntur seruietes creature potius q̃ creatori. & luminaribus celi
 stultã abstinentiã deuouẽtes: quos nemo ambigat esse Manicheos
 q̃ in honorẽ solis ac lune die dñico & secũda feria dephẽsi fuerit
 ieiunare. Vno enĩ pueritatĩ sue ope bis impi bis pphani sũt: q̃
 ieiuniũ suũ & ad fidez cultũ et ad resurrectionis Xpi instituire
 cõtẽptum. Abdicãt enĩ se sacramẽto salutis humane: & Christum
 dominũ nostrz sicut in ueritate carnis nostre denegãt natum: ita
 mortuũ uere et resurrexisse nõ credũt. Et ob hoc diem salutis &
 leticie nostre sui ieiunii merore cõdemnãt. cũq; ad tegendũ infi/
 delitatẽ suã nostris audeãt interesse mysteris: ita in sacramentoz
 cõmuniõe se tẽperant: ut interdũ tutius lateãt. ore indigno Xpi
 corpus accipiũt. sanguinẽ autẽ redemptionis nostre haurire oĩno
 declinãt. Quod ideo uestram uolumus scire sãctitatem: ut uobis
 huiuscemõĩ homines & his manifestent̃ indicis. & quoz dephensa
 fuerit sacrilega simulatio notati & pditi a sãctorum societate sa/
 cerdotali autoritate pellantur. De talibus enim beatus Paulus
 Apostolus ecclesiã dei p̃uide monet dicẽs: Rogamus aut̃ uos fra/
 tres ut obseruetis eos q̃ dissẽsiones & offẽdicula p̃ter doctrinã qm̃
 audistis: faciũt. & declinate ab eis. huiuscemõĩ enim Xpo domino
 nõ seruiũt. sed suo uentri. & p̃ dulces sermones & benedictiones
 seducunt corda innocẽtiũ. His ergo dilectissimi admonitionibus

nostris quas auribus uestris cōtra execrabilem sectam frequēter
ingessimus sufficiēter instructi s̄ctos q̄dragesime dies pia deuotiōe
suscipite. & ad p̄merendā misericordiā dei p̄ opa uos misericordie
p̄parate. iram extinguite. odia deponite. unanimitatem diligite. &
sinceris uos humilitatis officiis inuicē p̄uenite. Seruis & his q̄ uobis
subiecti sūt: cū eq̄tate dominamini. **N**ullus eorum aut claustris
cruceſ aut uinculis. cessēt uindictē. remittant̄ offense. seueritas
lenitate: indignatio m̄suetudine: discordia pace muteſ. Omnes
nos modestos omnes placidos omnes experiant̄ benignos: ut ieiun/
nia nostra accepta sūt deo. Cui ita demū sacrificiū uere abstinētie
& uere pietatis offerimus: si nos ab omni malicia cōtineamus. Cū
inimicis aut crucis X̄pi nulla cōsensiōe iūgamur: ne impioꝝ con/
sortio s̄ctitali fidelū polluat̄. Lux separeſ a tenebris. & fugiant
filios diaboli filii ueritatis. **I**n templū enī domini qđ est Ecclesia
X̄pi nil cōtaminatū inferri nil p̄phanū oportet admitti: ut om̄i
inmūdia a penetralibus cordis excluda s̄ctificet̄ ieiuniū nostrū:
& simul eternū s̄cti spiritus habitaculū: q̄ nos a peccatoꝝ sordi/
bus emūdatos & possidere dignet̄ semp & regere. **S**ecūda igit̄ &
quarta et sexta feria ieiunemus. Sabbato aut̄ apud s̄ctū Petrū
uigilias celebremus. q̄ cōmendati sibi gregis curam habere nō desi/
nens custodiā nobis de suis p̄abus obtinebit: auxiliāte deo nobis
per omnia cui cum filio & cum spiritu sancto una est deitas una
maiestas in secula seculoꝝ Amen.

De ieiunio Quadragesimali eiusdem sermo gntus.

Apostolica dilectissimi doctrina nos admonet: ut deponamus
ueterē hominē cū actibus suis. & de die in diē conuersatiōe
renouemur. Si enī templū dei sumus: & mentiū nostrāꝝ spiritus
s̄ctus habitator est: dicēte Apostolo: Vos estis templū dei uiui:
multa nobis uigilātia laborandū est: ut cordis nostri receptaculū
tāto hospite nō sit indignū. & sicut in domibus manufactis lau/
dabili diligētia p̄uidet̄: ut siqd̄ aut infusiōe hymbriū aut turbine
p̄cellāꝝ uel ipsa fuerit antiquitate corruptū ī integꝝ cura restituat̄
ita iugi oportet sollicitudine precauere: ne quid in nostris animis
incōpositum: ne qđ inueniat̄ immundum. Quāuis enim edificium
nostrū sine ope sui nō subsistat artificial: nec fabrica nostra possit
esse incolumis nisi ei p̄tectio p̄fuerit cōditoris: tñ qa rationabiles
lapides sumus: & uiua materies: sic nos autoris nostri extruxit

manus: ut cū opifice suo etiā is q̄ reparat: operet. **G**ratie igitur
 dei obediētia se humana nō subtrahat. nec ab illo bono sine quo
 nō potest bona esse: deficiat. At siqd sibi impossibile aut arduum
 in mādatoꝝ effectibus reperit: nō in se remaneat: sed ad iubentē
 recurrat. q̄ ideo dat p̄ceptū: ut excitet desiderū. & p̄stet auxiliū.
 dicēte Propheta: iacta in deū cogitatū tuū: & ipse te enutriet. An
 forte insolenter q̄s̄ ita supbit: & ita se illesū itā immaculatū esse
 p̄sumit: ut nullius iā renouationis indigeat? Fallitur prorsus ista
 p̄suasio. & nimia uanitate ueterascit. Quicūq; inter temptationes
 huius uite ab omni se uulnere credit imūnem. plena oīa periculis
 plena laqueis. Incitāt cupiditates. insidiant illecebre. blandiuntur
 lucra dāna deterrēt. Amare sūt obloquētium lingue. nec semper
 ueracia sūt ora blandientū. ut facilius sit uitare discordē: q̄ decli/
 nare fallacē. In ipsis aut uirtutibus obtinēdis tam dubius modus &
 tā incerta discretio est: ut si q̄s̄ inter bonoꝝ malorumq; confinia
 subtilissimi discriminis potuerit seruare mensuras: difficile sit: ut
 bene sibi cōsciā p̄bitatē obtrectantium lingua non mordeat. &
 iniquoꝝ euadat opprobria: cui est amica iusticia. Iā cum ad ipsas
 rez̄ tēporaliū uarietates cogitatio humana cōuertit: q̄nte se op/
 ponūt caligines: q̄nti paruaz̄ opinionū oboriunt̄ errores: ut de
 obiectu cōtrarioꝝ sumat̄ materia querelaz̄. Nam licet omnium
 fideliū corda nō dubitēt: nullis huius mūdi partibus nullisq; tem/
 poribus p̄uidentiā abesse diuinā: nec de stellarum potestate que
 nulla est: secularium negotioꝝ p̄edere p̄uentus: Sed equissimo &
 clementissimo sūmi regis arbitrio cūcta disponi: sicut scriptum est:
 uniuerse uite dñi misericordia & ueritas: tñ cū quedā nō secundum
 desideria nostra p̄cedūt: & sub humani iudicii errore superior est
 plerūq; iniqui causa q̄ iusti uicinū nimis atq; cōtiguū est: ut etiā
 magnanimos ista cōcutiāt. & in aliquō illicite causationis murmur
 impellāt. Siqdem istis uarietatibus etiā excellētissimus Propheta
 deo usq; ad piculū se turbatū p̄fiteet: & dicit: Mei aut̄ pene mori
 sūt pedes. pene effusi sūt gressus mei. quia zelau in peccatoribus
 pacē peccatoꝝ uident. Vnde q̄ paucoꝝ est tā solida fortitudo:
 ut nulla ineq̄litarū p̄turbatiōe quatiat: & multos fideliū nō ad/
 uersa tñ sed etiā secunda corrūpant: sanādis uulneribus quibus
 humana infirmitas sauciat: diligēs est adhibēda curatio. Ideo enī
 de piculis q̄bus mūduus hic plenus est: quedā breuiter p̄currī ut
 dicēte scriptura: q̄s̄ gloriabit̄ castū se habere cor: aut mundum se

esse a peccato: omnes sibi intelligat delictorum indulgentiam et reparacionis necessariam esse medicinam. ¶ Quando autem opportunius dilectissimi ad remedia diuina recurrimus: quod cum ipsa nobis sacramenta redemptiois nostre temporum lege referunt? que ut dignius celebremus: saluberrime nos quadraginta dierum ieiunio preparemus. Non enim uel tamen quod pro mortis Christi resurrectionisque mysterium in noua uita baptismo sunt regenerante uenturi: Sed etiam omnes populi renatorum utiliter sibi & necessarie presidium huius sanctificationis assumunt. illi ut que nondum habent: accipiant. isti ut accepta custodiant. Dicente namque Apostolo: Qui stat: uideat ne cadat. Nemo est tanta firmitate suffultus: ut de stabilitate sua debeat esse securus. Utamur igitur dilectissimi temporis uenerabilibus institutis. & sollicitiore cura cordis nostri specula tergamus. Quatenuslibet enim caste & sobrie mortalis hec uita ducat: quodam tamen puluere terrene conuersationis aspergitur. & nitor mentium ad dei imaginem conditatur non ita a fumo totius uanitatis alienus est: ut nulla possit sorde fuscari. & non semper indigeat expoliri. Quod si etiam castissimis animis necessarium est: quanto illis amplius est expetendum: quod tota forte anni spatia aut securius aut forte negligenter transierunt. quos caritate debita commonemus: ut non ideo sibi blandiant: quia nobis conscientie singulorum patere non possunt. cum oculos dei simul uniuersa cernentes non abdita locorum non parietum septa secludant. nec solum ei acta & cogitata uerum et agenda & cogitata sint cognita. Ista ergo scientia summi iudicis iste est tremendus aspectus: cui primum est omne solidum. & aptum omne secretum. cui obscura clarant. muta respondet. silentium confitetur. & sine uoce mens loquitur. Nemo patientiam bonitatis dei de peccatorum suorum impunitate contemnat. nec ideo illum estimet non offensum: quia necdum est expertus iratum. Non sunt longe uite mortalis inducie. nec diuturna est licentia insipientium uoluptatum in eternarum dolorum transitura penarum. si dum iusticie sententia suspeditur: penitentiae medicina non queritur. Confugiamus igitur ad presentem ubique misericordiam dei. & ut sanctum pascha domini digna obseruantia celebretur: cunctorum se fidelium corda sanctificent. mitescat seueritas. mansuescat iracundia. remittat sibi omnes culpas inuicem suas. nec exactor sit uindictae: quod petitor est uenie. Dicentes .n. Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: durissimis nos uiculis illigamus: nisi quod profitemur: impleamus. Vnde & si orationis huius sacratissimum pactum non tota conditione seruatum est: nunc saltem conscientiam suam unusquisque cognoscat. & alienis

ignoscendo delictis abolitione suorum obtineat peccatorum. dicente namque domino: Si dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & uobis pater uester qui in celis est: delicta uestra. Non longe est ab unoquoque quod poscit: cum de benignitate supplicis sententia pendeat iudicatis. Qui humanarum precum misericors & iustus auditor equitati sue de nostra lenitate prescripsit. ut non haberet in eos ius seueritatis: quos non inuenisset cupidus ultionis. clementes autem & mitis animos etiam largitas decet. Nihil est enim dignius: quam ut homo sit sui autoris imitator. & secundum modum proprie facultatis diuini sic operis executor. Nam cum aluntur esurietes: uestiuntur nudi: fouentur infirmi: nonne auxilium dei manus explet ministri: & benignitas serui. munus est domini: quod cum ad effectus misericordie sue adiutore non egeat: ita suam omnipotentiam temperauit: ut & laboribus hominum per homines subueniret. Et merito deo gratie referrentur de pietatis officis cuius opera uiderentur in famulis. Propter quod ipse dominus discipulis ait: Sic luceat lux uestra coram hominibus: ut uideant opera uestra bona: & magnificent patrem uestrum qui est in celis. Qui cum eodem patre et spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum benedictus. Amen.

De passione & resurrectione domini eiusdem sermo primus.

Semper quidem dilectissimi misericordia domini plena est terra. & unicuique fidelium ad colendum deum ipsa res & natura doctrina est: dum celum & terram mare & omnia que in eis sunt: bonitatem & omnipotentiam sui prestantur autoris. et famulantium elementorum mirabilis pulchritudo iustam ab intellectuali creatura gratiarum exigit actionem. Sed cum ad istos dies recurrunt: quos specialius reparationis sacramenta signarunt: & quod uicino ordine atque contiguo festum paschale precedunt: diligentius preparatio religiose purificationis nobis indicent. Quamuis enim in quolibet tempore innocens uita sit multorum: & plurimos deo bonorum actuum consuetudo commendat: non adeo tamen de conscientie integritate fidendum est: ut humanam fragilitatem inter scandala temptationesque degentem nihil potuisse arbitremur: quod lederet: incidere. Cum Propheta excellentissimus dicat: quod gloriabitur castum se habere cor? aut mundum se esse a peccato? & iterum: Ab occultis meis munda me domine. & ab alienis parce seruo tuo. Si autem quod

experimentis pbat: talis cōditio est eoz: q cōcupiscētis renitunt: q iracūdie motibus reluctanē: & ipsaz quoq; cogitationū arcana castigāt: ut & nūq̄ possint in cordibus suis nō inuenire quod reprobent: & sepe aut fallant occultis: aut decipiant alienis: que in aliis uitia que egritudines & q̄nta sint uulnera: quibus austerior sit adhibenda medicina: ut illius sacramēti p quod soluunt opera diaboli: nō inueniant alieni. Pascalis qppe festiuitatis hoc ppiū est: ut tota Ecclesia remissione gaudeat peccatorū: que nō in eis tm̄ fiat: q sacro baptisate renascunt: sed etiā in eis qui dudum in adoptiuoz sorte numerant. Quāuis enī p̄cipaliter nouos hoīes faciat regenerationis ablutio: quia tm̄ semp necessaria est omnibus cōtra rubiginē mortalitatis quottidiana renouatio: & inter profectū gradus nullus est q nō semp melior esse debeat: generaliter adnitendum est: ut in die redemptionis nemo inueniatur in uitis uetustatis. ¶ Quod ergo dilectissimi in omni tēpore unumquēq; cōuenit facere Xpianū: id nūc sollicitius ē & deuotius exequēdū. ut Apostolica institutio q̄draginta dierum ieiunij impleatur. non ciboꝝ parcitate tantummō: sed priuatiōe maxime uitioꝝ. nā cum ad hoc castigatio ista sumat: ut carnaliū desidioꝝ fomites subtrahant: nullū magis sectandū est cōtinentie genus: q̄ ut semper simus ab iniusta uolūtate sobrii: & ab inhonesta actione ieiuni: que deuotio nō omittit egros: non secernit inualidos: quia et in lāguido atq; inutili corpore potest animi integritas reperiri: si ubi sint sedes prauitatis: ibi cōfirmant fundamēta uirtutis. et ideo infirme carnis ista sufficit egritudo: que sepe mēsuram uolūtate afflictionis excedit tm̄: ut mens offitu sui impleat partes. & que corporea epulatiōe nō utit: nulla iniquitate pascat. Rationabilibus autem sanctisq; ieiunij nulla utilius q̄ elemosinarum opera copulant. que uno misericordie nomine multas laudabiles pietatis cōtinet actiones: ut omniū fideiū pares animi esse possint: etiam inter impares facultates. Dilectio enim que simul deo hominiq; debet: nullis nunq̄ impedit obstaculis. ut nō ei semp bene uelle sit libez. dicētibz qppe angelis: Gloria in excelsis deo: & i terra pax hominibus bone uolūtatis. Nō solū uirtute beniuolētie sed etiā pacis bono beatus efficit: q̄cunq; aliis quacunq; misericordia laborantibus caritate cōpatit. latissima enī sūt opa pietatis: que ipsa sui uarietate id ueris conferunt Xpianis: ut in distributione elemosinaꝝ nō solū diuites & abundātes sed etiā mediocres habeāt

portiones: & q̄ largitatis sūt uiribus inaequales mentis tñ affectiōe
 sint similes. nā cum sub oculis domini multi in gazophylatio ex
 opulētia sua multa conferrēt: uidua quedā duos intulit nummos.
 & talis Iesu X̄pi testimonio meruit coronari. ut in tā paruo mu/
 neris mō omniū fuerit collationi cōdigna p̄ferri: q̄a inter magna
 eoz̄ dona q̄t̄us multa residebāt: illius quod fuit exiguū: fuit totū.
 Si uero aliq̄s tāte paup̄tatis coartat̄ angustus: ut nec ad duo era
 inopi impartienda sufficiat: habet ī p̄ceptis domini: unde impleat̄
 bone uolūtatis officiū. si q̄dem q̄ sitienti paup̄i calicē aque frigide
 ministrarit: mercedē est sui opis adepturus. tāta seruis suis domino
 ad obtinendū regnū suū p̄parante cōpendia: ut etiā p̄bitio aque
 cuius usus gratuitus atq; cōmunis est: p̄mio nō careret. qđ ne ulla
 intercluderet difficultas: de aq̄ frigida forma est p̄posita pietatis.
 ne putaret se mercede cariturū: cui de calefactiōe potus lignorū
 impendiū defuisset. de quo tñ calice frustra nō admonet dominus:
 ut in nomine ipsius p̄beat̄: q̄a hec que p̄ se sunt uilia: fides efficit
 preciosa. & que ab infidelibus ministrantur: etsi fuerint sumptu
 magna: omni tñ iustificatiōe sint uacua. **C**elebraturi igit̄ pascha
 domini dilectissimi: ita uos sanctis exercete ieiuniis: ut ab om̄ibus
 p̄turbationibus liberi ad festa sacratissima ueniaris. sup̄bie spiritus
 de quo sunt omnia orta peccata: humilitatis amore pellat̄. & qui
 elatione tumuerant: mansuetudine mitigent̄. quoz̄ uero animos
 aliqua exasperauit offensio: recōciliatiōe sibi in unitatem stu/
 deāt redigere concordie. Nemini malum pro malo reddentes: &
 donātes inuicē uobis: sicut X̄pus donauit nobis hūanas imiciias
 pace delete. & si qui de subditis uestris aut claustra custodie aut
 uicula meruerit: misericorditer relaxēt̄: ut q̄ quottidiane idulgē/
 tie remedus idigemus: nō difficulter peccatis ignoscamus alienis.
 dicentes enī ad patrē dominū nost̄: Dimitte nobis debita nostra
 sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: Certissimū est quod cū
 alioz̄ delictis ueniā tribuimus: nobis diuinā clemētiā p̄paramus.
 Per X̄pm̄ dominū nost̄: Amen.

Eiisdem de passiōe & resurrectiōe domini sermo secūdus.

Quartus dilectissimi & sapientia fidei X̄piane amor dei est &
 amor proximi. nec ullo caret pietatis officio: cui studium est
 colere deū: & iuuare cōseruum. Harum aut̄ affectionū duplex
 unitas omni q̄dem est tempore exercenda. & p̄ficiēter augenda.

sed nunc incrementis amplioribus dilatanda. & quadraginta dierum
ieiunium quod festi paschalis est preuium interiore cordis auditum
illius uocis instar moueat: qua uerbis Esaie Prophete Iohannes
Baptista dicebat: parate uiam domini: rectas facite semitas eius. Siue
enim illam partem populi cogitemus: que dudum certamina Euangelici
agonis ingressa per spiritualis studii cursum indefinenter tendit ad palmam
siue illam que letalium conscientiam peccatorum per reconciliatoris auxiliu
festinat ad ueniam: siue illam que sancti spiritus regeneranda bap/
tismate uetustate Adam exui: & Christi cupit nouitate uestiri: apte
& utiliter omnibus dicit: parate uiam domini rectas facite semitas
eius. Que autem uie domini: que sint semite: eiusdem predicatoris
cohortatione discamus: quod diuine gratie opera & dona promittens
futurarum commutationum referabat affectus. addens sententiam Pro/
phetici sermonis: & dicens: omnis uallis implebitur: & omnis collis &
mons humiliabitur. & erunt praua in directa: & aspera in uias
planas. uallis itaque mansuetudinem: mons & collis elationem indicat
superborum. Sed quia sicut ueritas dicit: qui se humiliat: exaltabitur:
& qui se exultat: humiliabitur: merito & uallibus adimpletio & moti/
tibus est anuntiata depressio: ut & plana nihil offensionis et directa
nihil habeant prauitatis. Quamuis enim angusta & ardua sit uia: que
ducit ad uitam: non tamen difficulter incedit: quem ueritas confirmat &
pietas: nec caret delectatione gradiendi: cuius iter efficit uirtutum
petra solidum: non uitiorum arena succiduum. Verum et ut plenius
nouerimus. per cuiusmodi uias nobis sit ad premissa dei tendendum:
audiamus Dauid Prophetam quod doceat. Vniuerse uie domini mi/
sericordia & ueritas. **I** Forma igitur conuersationis fidelium ab
exemplo uenit operum diuinorum. & merito deus imitationem ab
eis exigit: quos ad imaginem & similitudinem suam fecit. Cuius utique
glorie dignitate non aliter pottemur: quam si in nobis misericordia
inueniat & pietas. Per que enim ad saluandos Saluator aduenit: per
hec ad saluantem debent preperare saluandi. ut et nos misericordia
dei misericordes: & ueritas faciat esse ueraces. Sicut itaque per uiam
ueritatis mens iusta: ita per uiam misericordie ambulat mens benigna.
Nec tamen unquam itinera ista diuersa sunt: quasi horum bonorum singula
diuersis tramitibus expectantur. & aliud sit misericordia crescere: &
aliud ueritate proficere. Non est misericors ueritatis alienus. nec
iusticie capax est ueritatis extraneus. nec utraque uirtute utitur: qui
non utraque ditatur. Caritas robur fidei: fides fortitudo est caritatis.

& tunc ueꝝ nomen. ac uerus est fructus ambaꝝ: cum insolubilis
 utriusq; manet cónexio. Vbi ení nō simul fuerit: simul desunt:
 quia inuicem sibi & iuuamen & lumē sūt: donec desideríu credu/
 litatis impleat remuneratio uisionis. & incómutabiliter uideat: &
 amet: quod nūc & sine fide nō diligit. et sine dilectiōe nō credit.
 Quia ergo sicut Apostolus ait: in X̄po Iesu nec circúcisio aliqd
 ualet: neq; preputíu: sed fides que p dilectionē operat: simul atq;
 coniunctim & caritati studeamus: & fidei. Hic est enim quidam
 efficacissimus geminarum alaz uolatus: quo ad p̄merendú & ui/
 dendum deū puritas mentis attollit: ne onere curarum carnalium
 deprimat. Nā q̄ ait impossibile est placere sine fide deo: idem ait
 Si habuero omnē fidē: ita ut mótes transferam: caritatem autem
 nō habeā: nihil sū. Vnde sacramentoz pascaliú diuina mysteria
 digno suscipiantē officio. & duo hec in qbus omnium preceptorú
 doctrina cōcurrit: studiosius appetant: qbus singuli quiq; fidelíu
 & sacrificíu deo efficiant: & templum. Instet fides sperare: quod
 credit. instet caritas propitiare quod diligit. utrúq; amātis utrúq;
 credentis est. & cui intelligentie cōcessiōe subucimur: eidē pietatis
 imitatiōe iūgamur. uox dei est: Sancti estote: qa ego sū s̄ctus.
 et uox dñi est: Estote misericordes: sicut et pater uester miseri/
 cors est. Ac ne dubitemus deo tribui: qđ impenditur indigenti.
 Dispēsatores elemosinaꝝ que cōmercia ineant: audiamus domino
 dicente que futura sit iudicii sui forma: cú dicit ad dexteram col/
 locandis: Venite benedicti patris mei: possidete paratum uobis
 regnú a cōstitutiōe mūdi. Esuriui ení: et dedistis mibi māducare.
 Sitiui: et dedistis mibi bibere: peregrinus eram: et collegistis me.
 Nudus eram: et coopuistis me. Infirmus: et uisitastis me. In car/
 cere eram: et uenistis ad me. querētibus autem iustis qñ et qualiter
 potuerint ista deprendere: respōdens rex dicit illis: Amen Amen
 dico uobis qđiu fecistis uni ex minimis fratribus meis: mibi fecistis.
 Quid hoc ope fructuosius? quid hac humilitate felicius? que utiq;
 laude sua fraudāda nō esset: si ppter ipsā nature cōmunionem iu/
 uādo homini ab hoīe pberet. Sed qa qđ nō ex fidei p̄cedit fóte
 ad p̄mia eterna nō puenit. Alia est cōditio opez̄ celestium: alia
 terrenorum. mundana beniuolētia í uis quos adiuuat: habet finem.
 X̄piana pietas in suū transit autorē: dú in ipsū dicamur benigni:
 quē in nobis fatemur operari: dicente dño: Sic luceat lux uestra
 coram hominibus: ut uideant opera uestra bona: et magnificent

patrem uestrum: q̄ i celis est. Gaude igitur mens fidelium: & gloriam tuam in eius gloria qui in te operatur: agnoscens: de ipsa paschali festiuitate feruesce. debiti enim tui est: ut ei q̄ pro omnibus passus est: paratus sis cōpati. Quoniā pia uita sanctorum nunq̄ aliena est crucis Christi: dum continentie clauis desideria carnis configit: et corporeas cupiditates uirtute spiritus in se habitantis interficit. Difficile est quenq̄ in se nō habere quod perimat. Extinguenda est iracundia. mortificanda supbia. destruenda luxuria. Radix quoq; auaricie altius p̄sequenda: ut omnium malorum germen excidi ualeat: si eorum potuerit fomes euelli. Cum autē hac indulgentia indefinenter sit animus excolendus: & utendum ita sit corpore: ut rectori suo necessarium p̄beat natura inferior famulatum: nunc maxime frenis cōtinētie caro moderanda est: & qcqd̄ sublimibus desideriis obuiat: amputandū. Dum enim cōgruis purificationibus ad celebrandū pascha domini utraq; substātia preparat: p̄ futuro omni tēpore consuetudo nutrit. seuera in subditos imperia detumescāt. Cesset uicta peccati. & rei criminū ad hos dies puenisse se gaudeant: in quibus a sanctis pusq; Principibus etiam publicarum austeritas remittit ultionū. Aboleantur odia. deficiāt simultates. pacis et beniuolentie multiplicent effectus. & qui potuit malicia pollui: studeat benignitate purgari. Quoniam iudicium dei sicut immitibus uehementi ita erit misericordibus clementi. Et detrusis in ignē gehēne p̄pter inhumanitatem sinistris: dexteris elemosinarum pietate laudatos eterna celestis regni beatitudo suscipiet. Per dominū nostrum Iesum X̄pm q̄ cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

De passiōe & resurrectione domini eiusdem sermo tertius.

Deuotionis quidem uestre dilectissimi nouimus hūc esse feruorē: ut ieiunium que dñi pascha p̄currūt: multos nostros p̄ueniat hortatus. Sed quia utilitas abstinentie nō solū carnis castigatiōis: uerū etiā mentis necessaria est puritati: obseruantiam uestram sic cupimus esse p̄fectā: ut sicut desideris carnis rescinditis uoluptates ita ab animi sensibus excludatis errores. Nā paschali festo in quō omnia religionis nostre sacramēta cōcurrūt: Is uera & rationabili purificatione se p̄parat: cuius cor nulla infidelitate polluit. dicēte etiam Apostolo: Omne quod non est ex fide: peccatū ē. Inutilia erunt & uana eorum ieiunia: quos illusionibus suis decipit mēdaci

pater . & uera Christi caro nō pascit. Sicut ergo diuinis mādatiſ
 saneq; doctrine toto corde famulandum est: ita omni prudentia
 ab ipſiſ est ſenſibul abſtinendum. tunc enim menſ ſanctū agit atq;
 ſpiritale ieiunium: cum erroris cibol atq; uenena abicit falſitatiſ:
 que dololiſ uerſutiſ atq; inimiciciſ nunc inſidioſiul ingerit: q̄ndo
 ipſo uenerande feſtiuitatiſ recurſu omniſ Eccleſia ad intelligenda
 ſalutiſ ſue myſteria generaliter commouetur. Iſ enī reſurrectiōiſ
 Chriſti uerul conſeſſor & cultor eſt: qui & de paſſione eiul non
 confunditur: et de corporea natiuitate non fallitur. Nam q̄dam
 erubeſcentel Euangelium cruciſ Chriſti ut audentiul euacuarent
 ſuſceptum pro mundi redemptione ſupplicium: ipſam uere carniſ
 in deo negauere naturam. nō intelligentel impaſſibilem dei uerbi
 atq; incōmutabilem deitatem: ita inclinātā ad humanā naturam
 & ad eiul ſalutem: ut & potenter propria non amitteret: & miſe/
 ricorditer noſtra ſuſciperet. Dupliciſ itaq; in Chriſto forme una
 perſona eſt & filiul dei idemq; filiul hominiſ unus eſt dominul: cō/
 ditionem ſeruilem conſilio pietatiſ recipienſ: nec legē neceſſitatiſ
 incurrenſ. quia poteſtate factul eſt humiliſ: poteſtate paſſibiliſ.
 ut ad deſtruendum peccati mortiq; dominatū & pene capax eſſet
 ſubſtantia infirmitatiſ. & nihil glorie ſue pderet natura uirtutiſ.
 Cum itaq; dilectiſſimi legentel uel audientel Euangelium quedā
 in domino noſtro Ieſu X̄pō cognociſ ſubiecta iniuriſ: quedā
 illuſtrata miraculiſ: ita ut in eodē nunc humana appareāt: nunc
 diuina reſplendeāt: Nolite quicq; horū aſcribere falſitati tanq̄ in
 X̄pō aut ſola ſit humanitaſ aut ſola diuinitaſ. ſed utrūq; fideliter
 credite. utrūq; humiliter adorete. ut in unitate uerbi & carniſ
 nō ſit ulla diuiſio. nec q̄a manifeſta fuerunt in Ieſu ſigna diuina:
 falſa uideant̄ documēta corporea. uera & copioſa ſunt in X̄pō
 utriuſq; teſtimonia nature: ad hoc ex diuini conſili alitudine
 cōcurrentia ut uerbo inuolabili non ſeparato a carne paſſibili
 particepl p om̄ia intelligat̄ & deitaſ carniſ & caro deitatiſ. Menſ
 igitur X̄p̄iana fugax mēdaciſ diſcipula ueritatiſ utere fidenter
 Euāgelica hiſtoria: & que fideliter & uſibiliter ſūt geſta per dñm
 tanq̄ ipſa aggregata cū Apoſtoliſ nunc ſpiritali intellectu nunc
 corporeo diſcerne conſpectu. Da homini quod de muliere puer
 naſcitur. Da deo quod nec conceptu leditur uirginitaſ materna.
 nec partu. formam ſerui obuolutam panniſ iacentem in preſepe
 cognolce. ſed annuntiataſ ab angelil declarataſ ab elementil

adoratā a Magis formā domini confiteri. Humanum intellige
quod nō declinauit nuptiale cōuiuū. diuinū approba qđ aquā
cōuertit in uinum. Nostra tibi innotescat affectio: cum mortuo
amico fletus impendit. diuina potentia sentiat. cum idē post qua/
triduanā iam fetidus sepulturam solo uocis imperio uiuificatus
erigit. lutū de sputo & terra fieri corporei fuit operis: sed illinc
suplitos ceci oculos illuminari: nō dubium est illius fuisse uirtutis:
que quod principis nature nō dederat: ad manifestationem sue
glorie reseruauit. ueri est hominis fatigationē corpoream somni
releuare quiete. Sed ueri dei est uim seuentiū procellarū precepti
inreparatione cōpescere. cibos esurientibus apponere humane be/
nignitatis est. & socialis est animi. sed quinq; panibus & duobus
piscibus quīq; milia uiroz exceptis mulieribus & paruulis satiare:
quis negare audeat opus esse deitatis? que operantibus secū uere
carnis officis & se homini & hominē sibi inesse monstrabat. quia
nō aliter in humana natura sanari poterant originalis uulnera
uetustatis: nisi de utero uirginis carnē sibi assumente dei uerbo in
una eademq; psona simul & caro nasceretur & uerbū. **Hanc di/
lectissimi incarnationis dominice fidem per quam tota Ecclesia
corpus est Xpi: incōcussio corde seruantes ab omnibus hereticorū
ieiunate mendacis. & ita uobis misericordie opera credite pfutura
ita fructuose habendā cōtinentie puritatē: si mentes uestre nulla
prauarum opinionū cōtaminatiōe sorduerint. Abicite exosa dño
mundane argumenta scientie: p̄ qm nemo ad cognitionem uerita/
tis potuit peruenire: & hoc fixum habete in animo: quod dicitis
in symbolo. Credite consempiternum filium dei per quem facta
sunt omnia: & sine quo factum est nihil: Secundum carnē quoq;
in fine temporum generatum. **Credite hunc corporaliter cruci/
fixum. mortuum. suscitatum. & super altitudines celestium do/
minationum eleuatum in patris dextera constitutū ad iudicandū
uiuos et mortuos in eadem carne qua ascendit uenturum: hoc enī
uniuersis fidelibus Apostolus predicat: si surrexistis cū Xpo:
que sursum sunt querite: ubi Christus est in dextera dei sedens:
que sursum sunt sapite: non que super terram. Mortui enī estis:
& uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Cum. n. Xpus
apparuerit uita uestra: tunc et uos apparebitis cum ipso i gloria.
Habentes ergo dilectissimi tante promissionis fiduciam estote nō
solum spe sed etiam conuersatione celestes. Et quis omni tempore****

studendum sit sanctificationi mentis & corporis: nunc tamē i istis
 quadraginta dierum ieiuniis sollicitioribus uos pietatis operibus
 expolite: non solum in distribuendis elemosinis que magnū habēt
 emendationis effectum: sed etiam in remittendis offensionibus et
 peccatorum reatibus relaxandis: ut conditio q̄m inter se & hoīem
 deus posuit: non resistat orantibus. Dicentes enī secūdū doctrinā
 domini: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debi-
 toribus nostris: debemus toto corde implere: quod dicimus. Tunc
 enim fiet: quod in sequentibus postulamus: ut et in temptatiōibus
 non inducamur. & a malis omnibus liberemur. Per dominum
 nostrum Iesum Christum filium tuum qui cum patre & spiritu
 sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

De festo paschali eiusdem sermo primus.

IN omnibus dilectissimi sollēnitatibus Christianis nō igno-
 ramus paschale sacramentum esse precipuum: cui condigne &
 congrue suscipiendo totius q̄dem nos temporis instituta reformāt.
 sed deuotionem nostram presentes uel maxime dies exigūt: quos
 illi sublimissimo diuine misericordie sacramento scimus esse conti-
 guos. in quibus merito a s̄ctis Apostolis per doctrinam spiritus
 sancti maiora sunt ordinata ieiunia. ut per commune consortiū
 crucis Christi etiā nos aliqd i eo quod p̄pter nos gessit: ageremur:
 sicut Apostolus ait: Si compatimur: & glorificabimur. Certa atq;
 segura est expectatio promisse beatitudinis: ubi est participatio
 dominice passionis. **N**emo est dilectissimi: cui per conditionem
 temporis societate huius glorie denegetur: tanq̄ tranquillitas pacis
 uacua sit occasione uirtutis. Apostolus enim predicat dicēs Omēs
 qui uolunt in X̄po pie uiuere: p̄secutionē patientur. & ideo nūq̄
 deest tribulatio p̄secutionis: si nunq̄ desit obseruantia pietatis.
 Dominus enī in exhortationibus suis dicit: Qui non accipit crucē
 suam & sequitur me: non est me dignus. Nec dubitare debemus
 hanc uocem nō solum ad discipulos Christi: sed ad cūctos fideles
 totamq; Ecclesiam pertinere: que salutare suū in his qui aderant:
 uniuersaliter audiebat. Sicut ergo totius est corporis pie uiuere:
 ita totius ē corporis crucē ferre: que merito ferri unicuiq; suadet:
 qa p̄priis modis atq; mēsuris ab unoquoq; tolerat. unū nomē est
 p̄secutiōis: sed nō una causa ē certaminis. & plus plerūq; p̄icali est

in insidiatore occulto: quā in hoste manifesto. Beatus Iob alternatibus bonis ac malis mundi huius eruditus pie ueraciterque dicebat: Nōne temptatio est uita hominis super terram? quoniam nō solis doloribus corporis atque supplicis anima fidelis impetitur: uerum etiam salua incolumitate membrorum graui morbo urgetur: si carnis uoluptate mollitur. Sed cum caro concupiscit aduersus spiritum Spiritus autē aduersus carnem: presidio crucis Christi mens rationalis instruitur. nec cupiditatibus noxiis illecta consentit: quoniam continentie clauis & olei timore transfigit. In bono ergo proposito constitutis inimicitie dissimilium diabolo instigante non desunt: & facile in odia prorumpunt: quorum improbi mores detestabiliores fiunt comparatione rectorum. Iniquitas cum iusticia non habet pacem. temperantiam odit ebrietas. falsitati nulla est cum ueritate cōcordia. nō amat superbia mansuetudinē. petulantia uerecundiā. auaricia largitatē. & tam pertinaces habet diuersitas ista cōflictus: ut etiam si exterius conquiescat: ipsa tamen piorum cordium penetralia inquietare non desinat: ut uerum sit: quod qui uoluerint in Christo pie uiuere: persecutionem patientur. Et uerum sit: quod omnis hec uita temptatio est. ipsis experimentis suis unusquisque fidelis edoctus Christi cruce armetur: ut Christo dignus habeatur. Per istum uero agonem dilectissimi ad premia eterna tendentibus in eo maxime diaboli insidiatur astutia: ut quorum peruertere non potest probitatem: subruat fidem. In animam enim transfertur uiam: quisquis a confessione ueritatis abduatur. totusque eius cursus abcessio est. & tanto erit morti uicinior quāto fuerit a catholica luce longinquior. Quod etiam in diebus nostris per suam patitur incuriam: qui de spiritu olim destructi errori olimque dānati uerere infaniam conceperunt. qui geminam in Christo audent negare naturam: aut non suscepta carnis scilicet ueritate: aut in carnem deitate cōuersa. ut aut scđm Manicheū nulla eius sit resurrectio cuius nulla ē passio. aut scđm Apollinarē ipsa deitas uerbi mutabilis ipsa sit facta passibilis hoc autē scđm hoc auribus Xpianis ingerere quod aliud ē: quā ipsa religionis nostre fundamenta cōuellere? & quod filius dei uerus sit filius hominis: denegare. In quo solo est humani generis restitutio testificata per legē: promissa per Prophetas: & omnibus ueteris testamēti significationibus nūtiata: ut magnū illud & seculis omnibus profuturū diuine misericordie sacramentū quod sepe & diu fuerat signatum: in prestituto tpe nō dubitaret impletum.

Vnde licet ex quo uerbu caro factum est: ita in Christo dei atq; hominis una persona sit: ut in nullis actionibus sit nature utriusq; diuisio: Studet tamen euangelica ueritas ipsum quem dei filium predicat: sepius filiu hominis cofiteri. ut quis ea que differunt: alia sint humanitatis: alia deitatis: sub nomine tamen filii hominis utraq; memorentur. Nec fides dominum Iesum Xpm natum ex Maria uirgine deum simul atq; homine creditura cotetur fateri: aut in deo humanitate aut in hoie deitate ut & in uerbo suscepti hominis uera sit humanitas: & in carne suscipiens dei uera maiestas. Hec dilectissimi per occasione festi paschalis cui puritatem cordiu preparare debemus: de incarnatione uerbi perstrinxisse sufficiat. quoniam aliquoties hinc instructos uos esse meministis. Nunc deuotione uestram de eo qd tempus poscit: admoneo: ut sanctu ac salubre ieiuniu operis pietatis ornetis. & quia pro indulgentia maxie laborandu est delictoz: Indubitabile uobis misericordiam promittatis: si ipsi quoq; circa subditos uestros omnem offensam transtuleritis ad ueniam. Placidos enim atq; concordel ad tantam festiuitatem decet dei populos couenire: ut seueritas ultionu que nunc etia in publicis iudiciis relaxatur: multomagis in Xpianoz cordibus mitiget. qa ad hoc potius inteta debet esse cura sanctorz ne ullus algeat: ne ullus esuriat. ne quis inopia deficiat. ne quis merore tabescat. ne aliquem uincula astrictum: ne aliquem habeat carcer inclusum. Quantelibet enim existant cause offensionis: ab homine tame in homine non tam delicti magnitudo: q nature est cogitanda comunio: ut de iudicio quo alterz iudicat: misericordiam dei iudicantis obtineat. Beati enim misericordes: quoniam ipsorum miserebitur deus: qui uiuit & regnat in secula seculoz. Amen.

De Festo Paschali sermo eiusdem. II.

INter omnes dilectissimi dies quos multis modis honorabiles hec Christiana deuotio nullus est excellencior festiuitate paschali: per qua in ecclesia dei uniuersaz sollempnitatu dignitas cosecrat. Siquidem etiam ipsa domini ex matre generatio huic fuit impensa sacramento. nec alia fuit dei filii causa nascendi: q ut cruci posset affigi. In utero enim uirginis suscepta est caro mortalis. In carne mortali completa e dispositio passionis. effectuq; e ineffabili consilio misericordie dei ut eet nobis sacrificiu redemptionis abolitio peccati.

& ad eternā uitam initiū resurgendi. Considerantes autē quid per crucē dñi adepta est uniuersitas mūdi: cognoscimus ad celebrandū pasche diē merito nos quadraginta dieꝝ ieiunio p̄parari: ut digni possimus diuinis interesse mysteriis. Non enim sūmos tm̄ antistites aut secundi ordinis sacerdotes nec solos sacramentozꝝ ministros sed omne corpus Ecclesie uniuersumqꝫ fidelium numerꝫ ab omnibus cōtaminatiōibus oportet eē purgatū. ut templū dei cui fūdamentū est ipse fundator: in omnibus lapidibus speciosum & in tota sui pte sit lucidū. Nam si Regū edes & sublimioꝝ p̄toria potestatu omni ornatu rationabiliter excolunt: ut excellētiora sint eozꝝ domicilia quorū ampliora sunt merita: q̄ opere edificandū q̄to est honore decorandū ipsius deitatis habitaculū? Quod licet inchoari & perfici sine suo autore non possit: habet tm̄ ab edificante donatū: ut etiā labore p̄prio querat augmentū. una enim rationalisqꝫ materies ad extructionē tēpli istius assumit. & per spiritū gratie ut uolūtarie in unam cōpagem cōgruat: incitatur. que ideo delecta ideo quesita ē: ut et ipsa ex non querente querens: & ex non diligente diligens sit: dicente beato Iohāne Apostolo: Nos ergo diligamus quia deus prior dilexit nos. Cū igit̄ & omnes simul & singuli quiqꝫ fidelīū unum idemqꝫ dei templū sint: sicut p̄fectū hoc in uniuersis ita p̄fectū debet esse in singulis. quia & si nō eadem est membrorꝝ omniū pulchritudo: nec in tanta uarietate partiū meritoꝝ potest esse paritas: cōmunionē tamen optinet decoris cōnexio caritatis. In sancto enim amore consortes etiam si nō eisdē utuntur gratie beneficiis: gaudent tm̄ inuicem bonis suis. & nō pōt ab eis extraneū esse: qđ diligunt: qui incremēto ditescūt p̄prio: qui p̄fectu letant̄ alieno. ¶ In hac dilectissimi unitate sanctorꝝ ubi idē amat: idē diligitur: idēqꝫ sentit̄: nec superbis locus est. nec inuidis. nec auarīs & quicqd̄ ē illud: qđ aut uanitas gloriat̄: aut ira seuit: aut luxuria lasciuuit: nō in X̄pi federe sed in diaboli parte censetur. longeꝫ a sedibus pietatis excluditur. fremit itaqꝫ innocentie aduersarius. & pacis inimicus. & quia ipse in ueritate nō stetit: totamqꝫ nature sue gloriā dū supbit: amisit: dolet hominē misericordia dei reparari. & in ea bona que ipse perdidit: introduci. Nec mirum: si peccati autor probitate recte agentīū cruciatur: & eozꝝ quos deicere non potest: stabilitate torquet. quādoquidē etiā inter hoīes reperiunt̄ qui opera eius malignitatis imitent. ¶ Multi enim quod dolendum est profectibus uruntur alienis. & qui se uirtutibus uacuos despici

nouerunt: armanē in odiū eorū: quorū nō sequuntē exēplū. Serus
autē dei & discipuli ueritatis etiā dissimiles diligūt. & bellum uitis
potius q̄ hominibus indicunt. nulli malum pro malo reddentes: sed
correctionem peccantium semper optantes. pulchrū enim ualde
est: & diuine beniuolentie comparandum: sui quenq; in altero
meminisse. & amare ppriā etiā in hoste naturā. Siquidē plurimos
nouimus ī optimos mores transisse de pessimis. ex ebriosis sobrios:
ex crudelibus misericordes: ex rapacibus largos: ex incōtinētibus
castos: ex ferocibus factos esse tranquillos. dicente autem domino.
Nō ueni uocare iustos: sed peccatores: nulli Xpiano quēq; odisse
permittit: quia nemo nisi in remissione peccatorū saluatur. & quos
uiles fecit carnalis sapiētia: nescimus q̄speciosos ac p̄ciosos spiritualis
sit factura gratia. sit ergo s̄ctus dei populus. sit benignus. s̄ctus
ut declinet p̄hibita. benignus ut faciat imp̄ata. Quāuis. n. magnū
sit habere rectā fidem: sanamq; doctrinā: & multa laude digna sit
circūcisio gula: lenitas mansuetudinis puritas castitatis: nude sunt
tamē omnes sine caritate uirtutes: nec potest dici in qualibet morū
excellētia fructuosum: qđ nō dilectionis partus ediderit. Vnde
in Euangelio dominus dicit: In hoc cognoscent omnes: quia mei
discipuli estis: si dilectionē habueritis adiuicē. Et ī epistola eiusdē
Euangelii legitur: Carissimi diligamus inuicem: qm̄ caritas ex deo
est. & omnis qui diligit: ex deo natus ē: & cognoscit deū. & qui nō
diligit: non nouit deū: qm̄ deus caritas ē. discutiant ergo se fidelīū
mentes. & intimos sui cordis affectus uera examinatione diuidēt.
ut si repositū aliquid in cōscientiis suis de fructibus caritatis inue/
nerint: deū sibi inesse nō dubitēt. & ut magis magisq; tāti hospitis
sint capaces: fiāt perseueranter in misericordie operibus āpliores.
Si enim dilectio deus ē: nullū debet habere terminū caritas: quia
nullo potest claudi fine diuinitas. **A**d exercendū igit dilectissimi
caritatis bonū: quous omne tempus sit congruū: presentes tamē dies
specialius cohortantē: ut qui pascha domini cupiunt: cum animi &
corporis sanctificatione suscipere hanc maxime gratiam conentē
acquirere. qua & omnīū cōtinētur summa uirtutum. & multitudo
regitur peccatorū. Et ideo celebraturi illud eminent super omnia
sacramēta quo iniquitates nostras Iesu Xpi sanguis aboleuit: mīe
primitus hostias preparemus. & qđ nobis bonitas dei contulit: nos
quoq; eis qui in nobis peccauere: prestemus. in obliuionē mittantē
iniurie. supplicium iam nesciant culpe. & a uindictē metu omnes

subditoꝝ absoluantur offense. Nemine teneant claustra penalia. nec in custodijs tenebrosis tristes reoꝝ gemitus pseuerent. Si quis q̄ tales p̄ aliquo delicto obnoxios tenet peccatore se esse nõ dubitet. et ut indulgentiã ipse accipiat: gaudeat se inuenisse cui peccat. ut cũ scđm doctrinã dei dicimus: dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: nõ ambigamus p̄ nostre orationis formam diuinam nos obtinere clementiam. In pauperes quoq; & diuersis debilitatibus impeditos benignior nũc largitas exerat: ut gratie deo multoꝝ uoce referant. & ieiunij nostris egentiũ refectio suffragetur: nulla enĩ deuotione fidelium magis dominus delectat: q̄ ista que pauperibus eius impendit. Et ubi curam mie inuenit: ibi imaginem sue pietatis agnoscit. Non timeatur in eis defectio facultatũ: quoniã ipsa benignitas magna substantia ẽ. nec potest largitatis deesse materies: ubi X̄pus & pascit. & pascat. In omni hoc opere illa interuenit manus: que panem frangendo auget. & erogando multiplicat. Securus & hilaris sit elemosine distributor. qa tũc maximũ lucrũ habebit: qñ sibi minimũ reseruauerit: dicẽte beato Apostolo Paulo: Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandũ prestabit. & multiplicabit semẽ uestrũ: & augebit incrementa frugũ iusticie in X̄po Iesu domino nostro.

De Festo Paschali sermo eiusdem. III.

IN omnibus quidẽ dilectissimi diebus atq; temporibus quedam nobis diuine bonitatis signa prefixa sunt: & nulla pars anni a sacris est aliena mysterijs: ut dũ nobis ubiq; presidia nostre salutis occurrũt: inuitatẽ nos semp misericordiã dei audius expectemus: Sed quicqđ illud ẽ: qđ in diuersis gratie operibus & donis reparatiõ: cõfertur animaz: totũ id nobis nũc euidentius & copiosius presentatur. quãdo non p̄ticularim quedã agenda: sed simul sunt omnia celebranda. Appropinquãte aut festiuitate paschali adẽ maximũ sacratissimũq; ieiuniũ quod obseruantia suã uniuersis fidelibus sine exceptione denuntiat. quia nemo tam sanctus est: ut nõ sanctior nemo tam deuotus: ut nõ debeat esse deuotior. Quis enĩ in huius uite cõstitutus incerto: aut imunis a tẽptatione aut liber inueniat a culpa? Quis est: qui nihil uirtutis sibi aduci: aut q nihil uitii sibi optet auferri? cum et aduersa noceant. et secunda corrũpant. nec minoris sit periculi carere desideratis: q̄ abundare cõcessis. Insidie

sunt in diuitiarum amplitudine. Insidie in paupertatis angustis. ille
 eleuat ad superbiam: he incitant ad querelam. temptat sanitas. temptat
 infirmitas. dum & illa materia est negligentie: & hec causa tristitie.
 laqueus est in securitate. laqueus est in timore. nec interest utrum
 animus qui terreno tenet affectu: gaudis occupet: an curis. cum
 par morbus sit: uel sub uana delectatione languere: uel sub anxia
 sollicitudine laborare. Impletur itaque per omnia sententia ueritatis
 qua dicimus angustam esse & arduam uiam que ducit ad uitam. & cum
 latitudo itineris ad mortem trahentis multis frequentet agminibus: in
 salutis semitis paucorum intransitum sunt rara uestigia. Unde autem popu-
 losior est uia leua quam dextera: nisi quia ad mundana gaudia & corporalia
 bona multitudo propius est? Et quis caducum incertumque sit: quod cupit:
 libentius tamen suscipit labor pro desiderio uoluptatis: quam amore
 uirtutis. Ita cum innumeri sint: que uisibilia concupiscant: uix inueniunt
 qui temporalibus eterna preponant. Et ideo dicente beato Apostolo
 Paulo. que uidentur temporalia sunt: que autem non uidentur eterna sunt:
 latet quodammodo & in abscondito est uirtutum uia: quam spe salutis
 facti sumus: & fides uera id super omnia diligit: quod nullo sensu carnis
 attingit. Magni est ergo operis & laboris mobilitatem cordis ab
 omnibus continere peccatis. & cum undique innumere uoluptatum
 illecebre blandiantur ad nulla contagia uigorem animi relaxare.
 Quis picem tangit: & non inquinat ab ea? quis non infirmatur in
 carne? quis non sordescit in puluere? quis postremo est tante puritatis
 ut uis non polluat: sine quibus uita non ducitur? Iubet. n. per Apostolum
 doctrina diuina ut qui habent uxores: tanquam non habentes sint. & qui
 flent: tanquam non flentes. & qui gaudent: tanquam non gaudentes. & qui
 emunt: tanquam non possidentes. & qui utuntur hoc mundo: tanquam non utantur.
 preterit enim figura mundi huius. Beata enim mens que peregrinationis
 tempora casta sobrietate transcurrit. & in uis per que necesse est eam
 ambulare: non remanet. ut hospita magis quam domina terrenorum
 nec affectibus desit humanis nec permissionibus non sit innexa diuinis.
 Hanc autem fortitudinem dilectissimi nulli magis quam presentem & exigentem
 & conferunt dies. quibus dum obseruantia spiritualis impendit: consuetudo
 in qua perseueret: acquiritur. Notum enim uobis est hoc esse tempus
 quo per totum mundum cum seuiente diabolo acies debet Christiana
 confligere. & si quos aut desidia tepidos: aut sollicitudo habuit oc-
 cupatos tunc oportet armis spiritualibus instrui: & celesti tuba ad
 ineundum certamen accendi. quam ille cuius inuidia mors introiit in

orbem terrarum: modo precipuo liuore uritur: modo maximo dolore cruciatur. Videt enim de oim hominum genere in adoptionem filiorum dei nouos populos introduci. & per uirginem Ecclesie fecunditatem partus regenerationis augeri. Videt se damnationis sue iure priuatum a cordibus eorum: quos possidebat: expelli. eripi sibi in utroque sexu milia senum. milia iuuenum. milia paruulorum. nec obesse cuiquam uel proprium uel originale peccatum. ubi iustificationem meritis retribuit: sed sola gratie largitate donat. Lapsos quoque & insidiarum suarum fraude deceptos penitentiae lachrymis ablui. & portas misericordie apostolica clauereferente ad remedia reconciliationis admitti: Sentit igitur diem dominice passionis instare. & se illius crucis potestate contereri: que in Christo ab omni debito mortis alieno redemptione fuit mundi: non pena peccati. ut itaque malignitas fremens inimici nullos habeat sui liuoris effectus ad exequendam domini mandata diligentior est assumenda deuotio: ut tempus in quo omnia diuine misericordie sacramenta concurrunt: cum preparatione & animorum suscipiamus & corporum. Implorantes regimem & misericordiam & adiutorium dei ut sine quo nihil possumus facere: per ipsum omnia ualeamus implere. ideo enim datur preceptum: ut precipientis querat auxiliium. Nec se quisquam per occasionem infirmitatis excuset: quia qui presertim uelle: donat & posse: dicente beato Apostolo Iacobo: Siquis uestrum indiget sapientia: postulet a deo: qui dat omnibus affluenter. & non impropere: & dabitur ei. Quis fidelium nesciat: quibus uirtutibus studere quibus uitis debeat repugnare? quis conscientie sue aut tam gratosus aut tam imperitus est arbiter: qui ignoret: quid a se auferri: aut quid in se optet augeri: Nemo quippe ita rationis est alienus: quod aut conuersationis sue non intelligat qualitatem: aut cordis sui secreta non nouerit. Non ergo per omnia sibi placeat: nec se secundum carnis oblectamenta diiudicet. sed omnem consuetudinem suam in diuinorum preceptorum lance constituat: ubi cum alia interdicanter ne fiant: alia iubeantur: ut fiat iusto se trutinabit examine: qui uite sue mores ex utriusque ponderis comparatione pensauerit. Artifex enim misericordia dei splendidissimum in mandatis suis condidit speculum. in quo homo sue mentis faciem inspiceret: & quam conformis imagini: aut quam dissimilis esset agnosceret. precipue ut reiectis paululum carnalibus curis & occupationibus in quietis in diebus redemptionis & reparationis nostre a terrenis nos ad celestia conferamus quia uero sicut scriptum est: in multis offendimus omnes: misericordie primus concipiatur affectus. & aliorum in nos delictorum fiat obliuio.

ut illud pessimū pactū. cui nos in dominica oratione deuinximus: nullo uindictæ amore uiolemus. & dicentes: dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: nō simus in remissione difficiles: quia ad nos recurrit siue cupiditas ultionis: siue indulgentia lenitatis. magis optandū est hōi temptationū piculis semper exposito: ut suas culpas habeat impunitas: q̄ ut plectat alienas. Quid aut̄ conuenientius fidei X̄piane: q̄ ut non solum in Ecclesia sed etiā in omniū domibus fiat remissio peccatorū: deponantur mine. uincula relaxentur. quibus se multo p̄ciosius qui ea non soluerit: religabit. Quod enim quisq; in alterū statuit hoc in semetip̄o sua lege decreuit. Beati misericordes: quoniā ipsorum miserebitur deus: qui in iudiciis suis & iustus ē & benignus: Ad hoc quosdam sub aliorū esse p̄tate p̄mittens: ut sub equa moderatiōe seruetur & utilitas discipline: & mansuetudo clementie. & nemo audeat alterius delictus ueniā denegare: quā p̄ suis optat accipere: dicente domino: Beati pacifici: qm̄ filii dei uocabunt̄. Deponant̄ omnium discordiarū odiorumq; certamina. nec putet se quis q̄ in paschali festo habiturū esse cōsortium: qui fraternā pacē redintegrare neglexerit. Apud summū. n. patrē qui nō fuerit in caritate fratrum non habebitur in numero filiorū. In distributione quoq; elemosinarū & pauperū cura pinguescant x̄piana ieiunia. & qd̄ suis quisq; delictis subtrahit: debilibus impendat & egenis. Detur opera ut omnes deo uno ore benedicant. & q̄ aliquā dat portionē substantie sue intelligat se ministrum esse m̄ie diuine qui partē pauperis in manu posuit largiētis. ut peccata que baptismi aquis aut penitentie lachrymis abluuntur: etiam elemosinis deleantur: dicente scriptura: Sicut aqua extinguit ignem: ita elemosina extinguit peccatum. per dominū nostrum Iesum Christum.

De passione domini sermo eiusdem. IIII.

Appropinquāte dilectissimi sollemnitate paschali sic ē p̄currēda consuetudo Ieiunii: ut nos quadraginta dierum numerus ad sanctificationē corporis & mentis exerceat. Suscepturi enī festoꝝ omniū maximū ea nos debemus obseruātia preparare: ut in cuius sumus resurrectione cōresuscitati: in ipsius inueniamur morte cōmortui. dicente beato Paulo Apostolo: Mortui enim estis uos: & uita uestra abscondita est cū Christo in deo: Cū. n. X̄pus appuerit

uita uestra: tunc & uos apparebitis cū Xpo in gloria. Que uero
nobis est cū Christo participatio: nisi ut desinamus eē qđ fuimus? aut
que similitudo resurrectionis: nisi depositio uetustatis? Vnde qui
sacramentū sue reparationis intelligit: carnis se uitis debet exuere:
& omnes sordes peccatorū abucere. ut intraturus nuptiale cōuiuū
splendeat ueste uirtutum. quā enim benignitas sponsi cunctos ad
cōmunionē regiarū inuitet epulaz: studendū tamē est uniuersis
uocatis ut sacrorum ciborum munere non inueniantur indigni.
Abutuntur autē quidā patientia dei & qui nō sunt in conscientia
liberi: fiunt de longa impunitate securi: cum ideo differatur ultio:
ut tempus possit habere correptio. Misericordiā igitur dei nostri
que nō uult mortem peccatoris sed tantū ut cōuertatur: & uiuat:
non ideo quisq̄ tardet amplecti: quia quod meruit non recepit.
Neq; enim quicqđ differtur: aufertur. aut cōdemnationē euasit:
qui indulgentiam non quesuit. Cuius enim implorande non una
omnibus causa est: quia multis modis multisq; mensuris & peccatū
a peccato & crimē distat a crimine. Sed quia uniuersitas fidelium
ad perfectam innocentiam & ad plenam debet tendere puritatem
ut eoz cōsortio mereat ascribi: de quibus dicit: Beati mūdo corde
qm̄ ipsi deū uidebunt: om̄i instātia & uirtute nitendū est: ut qcqđ
secretū conscientiā maculat: quicqđ aciem mētis obscurat: diligē/
tissimis emēdationibus deleat: Quāuis enim scriptū sit: qđ gloriabit̄
castū se habere cor? aut mundū se esse a peccato? nō tñ desperāda
est apprehēsiō puritatis: que dū semper appetit: nec semp accipit:
nec remanet iudicio cōdemnandū: qđ fuerit in cōfessiōe purgatū.
Hoc illud ē dilectissimū qđ orantes om̄es filii Ecclesie ex doctrina
domini uniformiter dicūt: dimitte nobis debita nostra: sicut & nos
dimittimus debitoribus nostris: quia nemo tā sanctus tā iustus ē:
qui in tpe totius uite que tota tēptatio ē: cuiuscūq; peccati remissi/
one nō egeat. Circūstant undiq; pericula innumerabiliū delictoz.
& per licitos usus ad immoderatos transiūt excessus: dum per curam
salutis irrepit delectatio uoluptatis & nō sufficit cōcupiscentie: qđ
pōt satis esse nature. Hinc habendi amor nunq̄ satandus exorit̄.
Hinc cupiditas eminendi que uel stirpi sue innexa uel soboli nūc
prolē habet superbiā: nūc parentē. His autē & aliis tēptationibus
quarum multiplex est & infinita connexio que rectius uirtus q̄
cōtinentia opponit̄: que nutriendis atq; seruandis animi & corporis
bonis & incrementa prebet & roborat. Vnde in celestibus Ecclesie

disciplinis multum utilitatis afferunt diuinitus instituta ieiunia. ut dum cōtinentie legibus carnalis subicitur appetitus: motus quoq; interior temperetur. ut sicut corpus a cibis ita mens ab iniquitate ieiunet. Dominus enim dicit: Beati qui esuriunt: & sitiunt iusticiā propter me: quoniam ipsi saturabuntur. habet ergo populus dei spirituales epulas castasq; delicias: quas salubriter expetit: & laudabiliter cōcupiscit. quoniā laudante & dicente Propheta: Gustate & uidete quoniā suauis est dominus: Quisq; dulcedinem iusticie & misericordie dei quibus omnis prouidentia eius dispensatur gustu cordis attigerit: & nullo unq; minuēda fastidio experimenta superiorum hauserit gaudiorū: corruptibilia & temporalia bona eternoꝝ admiratione despiciet. & in illo igne quem dei accendit caritas: concalescet: ut algore in feruorem conuerso: & in lucem nocte mutata: uno opere in animis fidelium spiritus sanctus & tenebras abigat: & peccata cōsumat. Vnde q̄a tales fructus mater uirtutū continentia parit: & ieiunantes a uitiis ad ineffabilia oblectamēta perducit: studiosiori misericordie opere dilectissimi exequamur precepta celestia. & quia totum paschale sacramentū in remissionē est cōditū peccatoꝝ: qđ celebrare optamus: imitemur. Misericors enim & iustus dominus ita promittit indulgentiā suam: ut eam etiā quibus parcat indicat. Exponens enim qua regula deo patri nos uoluerit supplicare: Si dimiseritis inquit hominibus peccata eoꝝ: dimittet uobis & pater uester qui in celis est peccata uestra. Si autē nō remiseritis hominibus: nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Iusta prorsus & condigna conditio ac benigna qua diuine potentie sit p̄ticeps homo: ut sententiā dei ex suo liberet arbitrio. & eo sibi iudicio obstringat dominū: quo iudicauerit ipse cōseruū: siue itaq; circa subiectos siue circa eꝯles nature paritas diligat: Et quia nemo non peccat: nemo non parcat: non difficulter prestemus qđ gratulanter accepimus: & siue in largitate elemosinarum siue in indulgentia peccatorum quanto magis fuerimus misericordes: tanto simus perfectius innocentes: per dñm nostrū Iesum Cbristum qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

Lectio sancti Euangelii scđm Iohannem.

In illo tempore Assumpsit Iesus Petrum Iacobū & Iohannem fratrem eius: & duxit eos in montē excelsum seorsū. Et reliqua.

Homelia sancti Leonis pape de transfiguratione domini.

Evangēlica dilectissimi lectio que p̄ aures orp̄is interiorē
mentium nostrarū pulsauit auditū: ad magni sacramenti nos
intelligentiā uocat: quā aspirante gratia dei facilius assequemur:
si considerationē nostram ad ea que paulo superius sunt narrata:
referamus. Saluator enim humani generis Iesu Christus condēs
eam fidē que & impios ad iusticiā & mortuos ruocat ad uitam:
ad hoc discipulos suos doctrine monitis & op̄erū miraculis ibuebat:
ut idem Christus & unigenitus dei & hominis filius crederet. Nam
unum horū sine altero nō proderat ad salutē: & qualis erat piculi
dominū Iesum Christū aut deū tantūmodo sin homine aut sine
deo solum hominē credidisse: cū utrunq; esset pariter cōfitendum:
quia sicut deo uera humanitas ita homini inerat uera diuinitas. Ad
confirmandū ergo huius fidei saluberrimā cognuonē: interroga/
uerat discipulos suos dominus: Inter diuersas alioq; opinionēs: quid
ipsi de eo crederent: quid uer sentirent. ubi Petrus Apostolus per
reuelationē summi patris corpea superans & humana transcendēs
uidit mentis oculis filiū dei uiuū & cōfessus est gloriā deitatis: quia
nō ad solam respexit carnis substantiā & sanguinis tantūq; in hac
fidei sublimitate cōplacuit: ut beatitudinis felicitate donatus sacrā
inuiolabilis petre acciperet firmitatē. super quā undata Ecclesia
portis inferi & mortis legibus p̄ualeret. nec in soluendis & ligādīs
quorūcunq; causis aliud ratum esset in celis: q̄ quod Petri sedisset
arbitrio. Hac autē dilectissimi laude intelligētie: elisitudo instru/
enda erat de inferioris substantie sacramento: ne Apostolica fides
ad gloriā confitende in Christo deitatis euecta uirmitatis nostre
redemptionē indignā impassibili deo atq; inconguā iudicaret. &
ita iam in Christo humanam crederet glorificatē esse naturam: ut
nec supplicio posset affici: nec morte dissolui. Et deo dicente dño
qđ oporteret eum ire Hierosolymā: & multa pati a Senioribus &
Scribis ac Principibus sacerdotū: & occidi: & tertia die resurgere:
Cum beatus Petrus qui sup̄no illustratus lumine de ardentissima
filii dei cōfessione feruebat: cōtumelias illusionū & crudelissime
mortis obprobriū religioso: ut putabat: & libero h̄stidio respuisset
benigna a Iesu increpatōe correptus & ad cupidatē participāde
cum eo passionis aīatus est: subsequens enī exhortatio Saluatoris
hoc inspirauit: hoc docuit: ut uolētes eum sequi: iegarēt se sibi: &

pro spe eternoꝝ leuissimú ducerent temporalíu detrimentú: Quia
 is demú animá suam saluam faceret: qui eam p̄ X̄po perdere nō
 timeret: ut ergo istam felicis cōstantie fortitudinē toto Apostoli
 corde cōcipent: & nihil de suscipiende crucis asperitate trepidarēt:
 ut de supplicio Christi non erubescerent: nec pudendam sibi eam
 patientiā crederent: que sic subitura erat se uiciam passionis ut non
 amitteret gloriā potestatis: Assumpsit Iesus Petrum Iacobum &
 fratrem eius Iohannē: Et cōscēso cū eis seorsum in mótem p̄celso
 claritatē sue glorie demōstrauit. quia licet intellexissent in eo ma/
 iestatem dei ipsius: tamē corpis quo diuinitas tegebatur: potentiā
 nesciebāt. & ideo pprie signāterq; promiserat quosdā de astātibus
 discipulis nō prius gustare mortem q̄ uiderent filiú hoīs ueniētē
 in regno suo id est in regia claritate: quam sp̄aliter ad naturam
 suscepti hominis pertinentē his tribus uiris uoluit esse conspicuā.
 Nam illā ipsius deitatis ineffabilē & inaccessibilē uisionem que in
 eternam uitam mūdīs corde seruatur: nullo modo mortali adhuc
 carne circúdati intueri poterant & uidere. Aperit ergo dñs coram
 electis testibus gloriā suam: & cōmunem illam cū ceteris corporis
 formam tanto splendore clarificat: ut & facies eius solis folgori si/
 milis & uestitus candori niuiú esset equalis. In qua transfiguratiōe
 illud quidē principaliter agebat: ut de cordibus discipuloꝝ crucis
 scandalú tolleretur. nec conturbaret eoz; fidē uolūtarie humilitas
 passionis: quibus reuelata esset abscondite excellentia dignitatis.
 Sed non minore prouidentia spes Ecclesie sancte fundabatur: ut
 totú X̄pi corpus agnosceret: quali esset cōmutatione donandú:
 ut eius sibi honoris consortiú membra promitterent: qui in capite
 refulsisset. de quo idem dñs dixerat: cum de aduentus sui maiestate
 loqueretur: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Et
 protestante hoc ipsum beato Paulo Apostolo & dicēte: Existimo
 enim qđ non sunt condigne passionēs huius temporis ad futuram
 gloriam: que reuelabitur in nobis. Et iterú: Mortui enim estis &
 uita uestra abscondita est cū Christo in deo. Cum enim Christus
 apparuerit uita uestra: tunc & uos apparebitis cum illo in gloria.
 Cōfirmandis uero Apostolis: & ad omnem scientiā prouehendis
 alia quoq; í illo miraculo accessit instructio. Moyses. n. & Helias
 lex scilicet & Prophete apparuerunt cum domino loquentes: ut
 uerissime in illa quinq; uirorú presentia cōpleretur qđ dictú est:
 in duobus uel tribus testibus stat omne uerbú. Quid hoc stabilius

quid firmiter uerbo: in cuius predicatione ueteris & noui testamēti
concinit tuba? & cū Euangelica doctrina antiquarū p̄testationū
instrumenta cōcurrunt? Astipulantur enim sibi inuicem utriusq;
federis pagine. & quem sub uelamine mysterioꝝ precedentia p̄mi/
serant signa: manifestū atq; perspicuum presentis glorie splendor
ostendit. Quia sicut ait beatus Iohannes: Lex per Moysen data
est. gratia & ueritas per Iesum X̄pm facta ē. in quo & Prophe/
ticarum promissio impleta est figurarū: & legaliū ratio preceptorū
dum & ueram docet Prophetiā per sui presentia: & possibilia facit
mandata per gratiā. his ergo sacramentoꝝ reuelationibus Petrus
Apostolus icitatus mūdana sp̄nēs & terrena fastidiēs in eternoꝝ
desideriū quodā mentis rapiebat excessu. & gaudio totius uisionis
impletus ibi cum Iesu optabat habitare: ubi manifesta eius gloria
letabatur. Vnde & ait: dñe bonum est nos hic esse: si uis faciamus
hic tria tabernacula: tibi unum. Moysi unum. & Helie unū. Sed
huic suggestioni dominus non respondit: significans non quidem
improbum sed inordinatū esse quod cuperet. cū saluari mundus
nisi Christi morte non posset. & exemplo domini in hoc laudere
credentiū fides: ut licet nō oporteret de beatitudinis p̄missionibus
dubitari: intelligeremus tamē inter tēptatiōes huius uite prius nobis
tolerantiā postulandā esse: q̄ gloriā. quia tempora patiendi nō
potest felicitas p̄uenire regnandi. **A**dbuc itaq; eo loquente Ecce
nubes lucida obumbravit eos. & ecce uox de nube dicens: Hic est
filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui: ipsum audite.
presens quidem erat in filio pater: & in illa domini claritate quam
ad discipulorum temperarat aspectum: non separabatur ab uni/
genito genitoris essentia. sed ad cōmendandā proprietatē utriusq;
personae sicut uisui significauit filium splendor ex corpore: sic au/
ditui patrem uox nuntiavit ex nube. Qua uoce accepta discipuli
q̄ in faciem ceciderunt: & timuerunt ualde: non de patris tantum
sed & de filii maiestate tremuerunt. Altiore. n. sensu unā utriusq;
intellexerunt deitatem. Et quia in fide non erat hesitatio: nō fuit
in timore discretio. Latū ergo illud & multiplex testimoniū fuit.
& plus in uerboꝝ uirtute q̄ in sono uocis auditum est. dicente enim
patre: hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui: ip̄m
audite: Nonne euidenter auditum est: hic est filius meus dilectus
quem a me non separat deitas. non diuidit potestas. non discernit
eternitas? hic est filius meus nō adoptiuus: sed proprius. nō aliūde

creatus: sed ex me genitus. nec de alia natura mihi factus cōpabilis
 sed de mea essentia mihi factus equalis. hic est filius meus per quē
 omnia facta sunt. & sine quo factum est nihil. Qui omnia que
 facio: similiter facit. & quicquid operor: inseparabiliter mecum atq;
 indifferenter operatur. In patre enī est filius. & in filio pater. nec
 unq̄ unitas nostra diuiditur. Et cū alius ego sim: qui genui: alius
 ille quem genui: Nec aliud tamen de illo uobis fas est cogitare: q̄
 de me sentire possibile est. Hic est filius meus: qui eam: quā mecum
 habet equalitatē: nō rapina appetit: nec usurpatione presumpsit:
 sed manens in forma glorie mee ut ad repandum genus humanū
 exequeretur cōmune consiliū: usq; ad formam seruilē inclinauit
 incōmutabilem deitatem. Hūc ergo in quo mihi per omnia bene
 complaceo: & cuius predicatione manifestor: cuius humilitate cla/
 rificor: incontanter audite. quem legis mysteria prenūtiauerunt:
 quem Prophetarū ora cecinerunt: ipsum audite. qui sanguine suo
 mundū redemit. qui diabolum ligat. & uasa eius rapit. qui peccati
 chirographū & preuaricationis pacta dirupit: ipsum audite: qui
 uiam aperit ad celū. & per crucis suppliciū gradus uobis ascensionis
 pat ad regnū. Quid trepidatis redimi? quid pauetis sācti liberari?
 fiat qđ me uolente X̄pus uult. Abicite carnalem formidinem. &
 fideli uos armate constantia. Indignum est enim ut in Saluatoris
 passione timeatis: qđ ipsius munere nec in uestro fine metuetis.
 Hec dilectissimi non ad illorū tantum utilitatem dicta sunt: qui
 ea p̄priis auribus audierunt: Sed in illis tribus Apostolis uniuersa
 didicit Ecclesia: quicqđ eorū & aspectus uidit: & auditus accepit.
 cōfirmetur ergo scđm predicationē sacratissimi Euangiliū omniū
 fides. & nemo de Christi cruce per quam mundus redemptus est:
 erubescat. Nec ideo quis q̄ aut de promissorū retributiōe diffidat:
 quia per laborem ad requiem: & per mortem transit ad uitā: cum
 omnē humilitatis nostre infirmitatē ille suscepit: in quo si in con/
 fessione & in dilectione ipsius p̄maneamus: & qđ uicit: uincimus.
 & qđ promisit: accipimus. quia siue ad facienda mandata siue ad
 toleranda aduersa: premissa patris uox semp debet auribus nostris
 insonare dicentis: hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene
 complacui: ipsum audite. Qui uiuit & regnat in secula benedictus.

| In parasceuen domini eiusdem de passione sermo. I.

Sacratissimū dilectissimi dominice passionis diem quā dominus
Iesus dei filius pro humani generis salute suscepit: & sicut
promisit: omnia ad se exaltatus attraxit: tā plane ac lucide euā/
gelicus sermo referauit: ut religiosi & piis cordibus non aliud sic
audisse que lecta sunt: q̄ uidisse que gesta. Vnde cū indubitabilē
obtineat autoritatē sacra narratio annitendū est nobis auxiliāte
dño ut perspicuū habeat intelligentia: quod notum fecit historia.
Post illā nanq; humane p̄uaricationis primā & uniuersalē ruinā
ex qua per unum hominem introiit peccatū in hunc mundum:
& per peccatū mors & ita ī omnes hoīes pertransiit: in quo omnes
peccauerūt: Nemo dominationē diaboli nemo uincula dire cap/
tiuitatis euaderet: nec cuiq; aut recōsiliatio ad ueniā: aut reditus
pateret ad uitam: nisi coeternus & coequalis patri deo filius dei &
hominis esse dignaretur: ueniens querere & saluare quod perierat
ut sicut per adam mors ita per dominum nostrū Iesum Christum
esset resurrectio mortuorum. Non enim quia scdm inscrutable
propositum sapientie dei nouissimis diebus uerbum caro factū est:
Ideo salutifere uirginis partus extremi tantū temporis generati/
onibus profuit & non se etiam in preteritas refudit etates. Omnis
prorsus antiquitas colentū deum uerū omnis numerus apud secula
priora sanctorum sacra fide uixit: & placuit. & neq; Patriarchis
neq; Prophetis neq; cuiq; omnino sanctorū nisi in redemptione dñi
nostri Iesu Christi salus & iustificatio fuit: que sicut expectabat
multis Prophetarū oraculis signisq; promissa ita est etiā ipso mu/
nere atq; opere p̄secuta. **V**nde nunc dilectissimi in ordine passiōis
non ita infirmitatem consideremus humanam: ut arbitremur illic
potentiam defuisse diuinā. neq; illam ita coeternā & equalē patri
formam unigeniti cogitemus: ut putemus nō fuisse uera: que deo
uidentur indigna. Prorsus utraq; natura unus X̄pus nec uerbum
ibi ab homine disiunctū: nec homo est dissociatus a uerbo. Non
est fastidita humilitas q̄a nec imminuta maiestas. nihil nocuit nature
inuiolabili quod passibili oportebat inferri. totūq; & illud sacra/
mentum qđ simul & humanitas cōsummauit & deitas: dispensatio
fuit misericordie: & actio pietatis. Talibus enim uinculis tenebraz
astricti: ut nisi per hanc opem non possemus absolui. Humilitas
igitur diuinitatis nostra prouectio est. Nos tāto redimimur p̄cio.
nos tanto curamur impendio. Quis enim ab impietate ad iusticiā
a miseria ad beatitudinem esset recursus: nisi & iustus ad impios &

beatus inclinaretur ad miserof? Non est dilectiffimi erubescenda
 crux Christi: que de uirtute est diuini cōfili: non de conditione
 peccati. Quāuis enim ex infirmitate noſtra uere paſſus dñs Ieſus
 uereq; ſit mortuus: nō tamē ſe ita abſtinuit a gloria ſua: ut inter
 contumelias paſſionis: nihil diuine opationis exereret. Nam cum
 impius Iudas nō iam ouina pelle uelatus ſed lupino furore mani-
 feſtus uim ſcleris per ſpeciē pacis incipiens ſignū traditiōis ſeuore
 omnibus telis oſculo prebuiffet: & multitudo furibunda que ad cō-
 prehendum dominum cum armata militum cohorte confluxerat
 inter faces & laternas lumen uerum tenebris obcecata ſuis non
 cerneret: dñs qui expectare potius turbas q̄ declinare delegerat:
 ſicut Iohannes Euangelifta teſtatur. quē querant: necdū inuētus
 interrogat. illisq; dicentibus q̄ Ieſum quererent: Ego ſum inquit.
 Quod uerbum illam manum ita ex ferociffimis congregatā quali
 quodam fulmineo ictu ſtrauit: atq; p̄culit: ut omnes illi atroces
 minaces atq; terribiles retroacti corruerent. Vbi fuit ſeuiſſe cō-
 ſpiratio? ubi ardor irarum? ubi inſtructus armorū? dominus dicit:
 ego ſum. & ad uocem eius turba proſternitur impiorū. Quid iam
poterit maietas eius iudicatura: cuius hoc potuit hūilitas iudicāda?
 Verūtamen dominus ſciens qd magis myſterio ſuſcepto cōueniret
 in hac poteſtate non perſtitit. ſed perſecutores ſuos in facultatem
 diſpoſiti ſcleris redire permisit. Nam ſi teneri nollet: non utiq;
 teneretur. Sed quis hominum poſſet ſaluari: ſi ille non ſe ſineret
 comprehendi? Nam & beatus Petrus qui animoſiore constantia
 domino coherebat: & contra uiolētorum impetus feruore ſancte
 caritatis exarſerat: in ſeruum Principis ſacerdotū uſus eſt gladio:
 & aurē uiri ferocius inſtantis abſcidit. Sed hunc zelātis Apoſtoli
 prius motum progredi dominus ultra non patitur. recōdi gladium
 iubet. nec ſinit ſe aduerſus impios manu ferroq; defendi. Contra
 ſacramentū enim erat redemptiōis noſtre: ut qui mori p̄ omnibus
 uenerat: capi nollet. Nā dilāto glorioſe crucis triūpho: & dñatio
 diabolica fieret lōgior: & captiuitas hūana diuturnior. Dat ergo
 in ſe furentibus licentiā ſeuendi: nec rñ etiā ſe talibus dedignatur
 indicāre diuinitas. aurem ſerui iam ipſa ſeſtione demortuam & a
 cōpage uiuentis corporis alienā: in ſedē deboneſtati capitis reuocat
 manus Chriſti reformatur: quod ipſe formauerat. nec tarde caro
 ſequitur eius imperium: cuius erat ipſa figmentū. habent ergo hec
 diuinam opera uirtutē. Sed qd dominus maietas ſue potentiam

comprimit: & uim in se persecutoris admittit: ex illa est uolúate: qua dilexit nos: & tradidit semetipsum pro nobis: coopante í hoc ipso patre qui filio proprio non peperit: sed pro nobis omnibus tradidit illú. Vna est: n^o patris & filii uolútas: ut é una diuinitas. de cuius dispositiõis effectú nihil uobis gratie Iudei: nihil tibi Iuda debemus. Saluationi quidē nostre nō hoc uobis uolentibus ípietas uestra seruiuit. & per uos factum est: quicqđ manus dei & cõsiliú decreuerunt fieri. Mors igitur Christi nos liberat: uos accusat. Merito soli non habetis: quod omnibus perire uolulistis. & tamen tanta est bonitas nostri redemptoris: ut etiã possitis cõsequi ueniã: si Christú dei filium cõfitendo illã parricidã maliciã relinquatis. Non eni dominus in cruce frustra orauit dicēs: pater dimitte illis: quia nesciunt quid faciunt. Quod remediú nec te Iuda transiret: si ad eam penitentiam confugisses: que te reuocaret ad Christum non que instigaret ad laqueum. Dicendo enim peccaui tradens sanguinem iustum in impietatis tue p̄fidia perstitisti: quia Iesum non deum dei filium sed nostre cõditionis hominē inter extremum mortis tue periculum credidisti. Cuius flexisses misericordiam: si eius nō negasses omnipotētiã. Hec hodie dilectissimi piis auribus insinuata sufficiant. nec fastidiú de prolixitate subrepat. que aut̄ desunt plenitudini: quarta feria auxiliãte domino reddenda promittimus: quoniã qui dedit qđ locuti sumus: dabit sicut credimus: quod loquemur. Per Christum dominum nostrum Amen.

De passione domini eiusdem sermo. II.

EXigit fides dilectissimi ut partem sermonis quam de domini passione promisimus: eodē auxiliante reddamus. in quo nos orationibus uestris nō ambigimus adiuuari. Ad cõmune pertinet enim lucrú: si potueritis me habere deuotú. quia uestre impendit̄ edificationi: quicquid nostre tribuitur facultati. Post illud ergo impiú Iude detestandúq; cõmerciú quo ab eo Iudeis p̄sequētib; mundi redemptor est traditus: Post illas sacri legas illusiones inter quas usq; ad locum pene eius mansuetudo producta est: crucifixi sunt cū eo statutis utrinq; patibulis latrones duo. quoz; unus usq; ad id temporis par similisq; cõsorti insidiator uiarú & salutis hoim̄ semper infestus usq; ad crucem reus sit Xpi repente confessor. & inter illos acerrimos corporis animiq; cruciatus quos simul & istãtia

& difficultas mortis augebat: mira cōuersione mutatus memento
 inquit mei domine dū ueneris in regnum tuum. Que istam fidem
 exhortatio psuasit? que doctrina imbuit? q̄s p̄dicator accendit?
 Non uiderat prius acta miracula. cessauerat tunc languentiū cu/
 ratio. cecorum illuminatio. uiuificatio mortuorū. ea ipsa que mox
 erant gerenda: nō aderant. & tamē dominū confitetur & Regem:
 quem uidet supplicii sui esse consortem. Vnde ergo oriebatur hoc
 donum. inde accepit fides ipsa responsum. Ait enim ei Iesus: Amen
 Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Excedit humanam
 conditionem ista promissio. nec tam de ligno crucis q̄ de throno
 editur potestatis. Ab illa altitudine premium fidei datur: in qua
 chirographū hūane transgressiōis aboletur. quia se a forma serui
 dei forma nō dirimit: dum etiā inter ipsa supplicia proprietatem
 unitatēq; seruauit: & deitas inuiolabilis & natura passibilis. Aduciē
 ad confirmationū spei nostre totius attestatio nature. Emittente
 spiritū X̄po omnia elementa tremuerunt: densis tenebris splēdor
 solis obductus extraordinarie nocti subdidit diem. stabilitatē suā
 terra pfundis cōcussiōibus labefacta nō tenuit. & petrarū firmitas
 contracta soliditate dissiluit. uelum templi quo priorū mysteria
 ulterius nō erant obumbranda: discissum est. multorū sanctorum
 corpibus excitatis ad p̄muniendā resurrectionis fidē monumēta
 patuerūt. In uos ergo Iudei celū & terra sententiā tulit. uobis sol
 uirtutē suam diemq; subtraxit. uobis famulatū suum elementorum
 ordines denegauerūt. & recedēte a legibus suis ministerio creature
 uestra obcecatio uestra ē significata cōfusio. uobis enī. dicētibz:
 Sanguis eius super nos & sup filios nostros: merito hoc retributū
 est: ut qd̄ uestri generis impia pdidit portio: assequat̄ hoc fidelīū
 gentiū plenitudo. Nos ergo dilectissimi quibus dñs noster Iesus
 Christus crucifixus nō scādalu neq; stulticia sed dei uirtus ē: deiq;
 sapientia nos inq̄ spiritale semen Abrahe non in prole seruitutis
 geniti sed in familia libertatis renati pro quibus in manu forti &
 brachio excelso de oppressione egyptie dñationis eductus uerus et
 immaculatus agnus immolatus est X̄pus: Amplectamur salutaris
 pascbe mirabile sacramentum. & ad eius imaginem qui deformitati
 nostre cōformis factus ē: reformemur. Erigamur ad eū: q pul/
 uerē abiectiōnis nostre corpus fecit glorie sue: & ut resurrectiōis
 eius mereamur esse cōsortes: humilitati & patientie ipsius p̄ omnia
 congruamus. magni nominis militiā magne p̄fessionis suscepimus

disciplinam. Sectatores Xpi discedere a regia non licet uia. sed dignum est temporalibus nō occupari: ad eterna tendentes. Et q̄a precioso sanguine Xpi redempti sumus: glorificemus & portemus deum in corpore nostro: ut ad ea que fidelibus preparata sunt: peruenire mereamur. Per Christum dominū nostrum Amen.

De passione domini eiusdem sermo. III.

INter omnia dilectissimi opera misericordie dei que ab initio salutis sūt impēsa mortalū: nihil ē mirabilius nihilq; sublimius q̄ quod pro mundo crucifixus ē Christus. Huic enim sacramento uniuersa p̄cedentia seculorū mysteria seruiērūt. & quicqd hostiarū differentiis & Propheticalis signis & legalibus institutis sacra dispensatione uariatū est: hoc prenūtiāuit dispositū: hoc p̄misit implendū ut nunc imaginibus figurisq; cessantibus hoc profit credere iam effectū: quod antea p̄fuit credidisse faciendū. In omnibus igitur dilectissimi que ad domini nostri Iesu Christi pertinet passionem: hoc Catholica fides tradit: hoc exigit: ut in redemptorem nostrū duas nouerimus cōuenisse naturas. & manētibus pprietas suis: tantā factam unitatē utriusq; substantie: ut ab illo tpe quo sicut hūani generis causa poscebat: in beate uirginis utero uerbū caro factum ē: nec deū illū sine hoc qđ homo ē: nec hominē sine hoc liceat cogitare: qđ deus ē. Exprimit qđē sub diuersis & distinctis actionibus ueritatē suam utraq; natura: sed neutra se ab alterius cōnexionē disiungit. nihil ibi abinuicē uacat. tota ē in maiestate humilitas. tota in humilitate maiestas. nec infert unitas cōfusionē: nec dirimit pprietas unitatē. Aliud ē passibile: aliud inuolabile. & tñ eiusdē est cōtumelia: cuius & gloria. Ipse ē in infirmitate: q̄ & in uirtute. idē mortis capax & idē ē uictor mortis. Suscepit ergo totum hominem deus: & ita se illi atq; illum sibi mīe & potestatis ratiōe cōseruit: ut utraq; alteri nature inesset. & ne ultra in alterā a sua pprietate transiret. Sed q̄a dispensatio sacramēti ad reparatiōnē nostram añ secula eterna dispositi nec sine hūana infirmitate nec sine diuina erat cōsummanda uirtute: agit utraq; forma cum alterius cōmunionē: qđ ppriū est. uerbo scilicet opante qđ uerbi est. & carne exequente qđ carnis ē. Vnū horū coruscet miraculis. aliud succumbit iniuriis. Aliud ab equalitate paterne glorie non recedit. hoc naturam nostri generis nō relinquit. Verūtamen etiā

69
ipsa receptio passionū nō ita ē nostre affectiōi hūilitatis exposita
ut a potentia sit diuinitatis abiūcta. Quicquid domino illusionis
& cōtumelie: quicquid uexationis & pene intulit furor impioꝝ: non
de necessitate toleratū ē: sed de uolūtate susceptū. Venit. n. filius
hominis querere & saluare quod perierat. & sic ad oīm redemptionem
utebat malicia p̄sequentū: ut in mortis eius resurrectionisq; sacra/
mento etiam interfectores sui possent salui eē: si crederent. Vnde
sclestior omnibus Iuda & infelicioꝝ extitisti: quē nō penitentia
reuocauit ad dñm: sed desperatio traxit ad laqueum. expectasset
cōsumationē criminis tui: & donec sāguis Xpi p̄ omnibus fūderet
peccatoribus: informis leti suspendiū distulisses. Cūq; conscientiā
tuam tot dñi miracula tot dona torquerent: illa saltē te a p̄cipicio
tuo sacramenta reuocassent: que in paschali cena p̄fidia tua signo
diuine scientie detectus accepas. Cur de eius bonitate diffidisti: qui te
a corporis & sanguinis sui communione non repulit? qui tibi ad
cōprehendendū se cū turbis & armorum cohorte uenienti pacis
osculum nō negauit? sed homo incōuertibilis spūs uadens & non
reuertens cordis tui securus es rabiem. & stante diabolo a dextris
tuis iniquitatē quā in sanctorū omniū armaueras caput in tuum
uerticem retorxisti. ut quia facinus tuum omnē mensuram ultionis
excesserat: te haberet impietatis tue iudicem: te pateret tua pena
carnificem. Cum igitē esset deus in Christo mundū recōsilians sibi
& creaturam ad creatoris sui imaginem reformandā conditor ipse
gestaret: p̄actis miraculis op̄eꝝ diuinoꝝ: que p̄pheticus olim spūs
gerenda predixerat: tunc aperient oculi cecoꝝ & aures surdorum
audient: tūc saliet claudus ut ceruus: & plana erit lingua mutoꝝ:
Sciens Iesus tempus adesse gloriose passionis implende: tristis est
inquit anima mea usq; ad mortem. & iterum: pater si fieri potest
transeat a me calix iste. q̄bus uerbis quandā formidinē p̄fitētib;
nostre infirmitatis affectus p̄cipādo curabat. & penalīs exp̄iētie
metū subeundo pellebat. In nobis ergo dñs nostro pauore trepi/
dabat. ut susceptionē nostre infirmitatis indueret. & nostrā incō/
stantiā sue uirtutis soliditate uestiret. Venerat. n. in hūc mundū
diues negotiator. atq; misericors. & celi cōmutatiōe mirabili ierat
cōmerciū salutare nostra accipiens & sua tribuens pro contumeliis
honores p̄ doloribus salutē pro morte dans uitā. & cui ad exter/
minationē poterant plus q̄ duodecī milia angelicaꝝ seuire legionū
malebat nostrā recipe formidinē: q̄ suā exercere p̄tatem. Quanti ū

autē uniuersis fidelibus humilitate collatū sit: Primus beatissimus
Apostolus Petrus exptus est: qui cū illū instantis seucie uehemē/
tior procella turbaret: ad preparationē uigoris celeri mutatione
cōuersus ē sumens de exemplo remediū. ut tremefactum repente
membrū rediret ad sui corpis firmitatē. Non. n. posset dño seruus
& magistro maior esse discipulus: q̄ humane trepidationē fragili/
tatis nō uinceret: nisi uictor mortis ante timuisset. Respexit ergo
dñs Petrū: & inter calūnias sacerdotū inter falsitates testium inter
sedentiū & conspuentiū iniurias cōstitutus: illis turbatū discipulū
conuenit oculis: quibus eum preuiderat esse turbandū. & in illum
egressa est ueritatis inspectio: ubi erat cordis facienda correptio.
quasi quedā illi uox dñi insonaret: ac diceret: Quid habes Petre?
quid in tuā conscientiā recedis? ad me cōuertere. in me cōfide. me
sequere. mee passionis hoc tēpus ē. nondū tui uenit hora supplicii.
Quid metuis: qđ etiā ipse supabis? nō te cōfundat infirmitas: quā
recepti. Ego de tuo fui trepidus. tu de meo esto securus. Mane
autē facto consiliū interunt omnes Principes sacerdotū & seniores
populi aduersū Iesum: ut eum morti traderent. Hoc mane Iudei
non ortus uobis lucis contigit: sed occasus. nec uestris oculis solitus
dies pdit. sed impus mētibus nox tetre cecitatis incubuit. hoc mane
uobis templū & altaria diruit. Legē & Prophetas ademit. regnū
& sacerdotiū sustulit. in luctum eternū omnia festa conuertit. In
istis enim insanum cruentumq; consiliū tauri pingues: uituli multi
frementes bestie: canes rabidi: ut morti autorē uite & dñm glorie
traderetis: & tanq̄ extenuāda esset furoris uestri imantia: si eius
sententia qui prouincie uestre presidebat: uteremini uinctū Iesum
ad Pilati iudiciū deduxistis: ut clamoribus improbis trepido cogni/
tore superato interfectore hominū eligeretis ad ueniā. & Salua/
torem mūdi preteretis ad penā. Post hanc damnationē Xpi qua
excusata est Pilati Presidis ignauia magis q̄ ptās: q̄ lotis manibus
& ore poluto us labis Iesum misit ad crucem: quibus eū pnuncia/
uerat innocentē. multas illusiones domino sacerdotalibus seruiens
oculis licentia popularis ingessit. & i māsuētinē eius q̄ hoc spōte
tolerabat: furens turba seuiuit. Sed quia multū est dilectissimi ut
omnia hodiernus sermo pcurrat: in quartā feriā qua lectio dñice
passionis iterabitur: residua differantur. prestabit enim orantibus
uobis ut ipsius dono qđ promisimus: impleamus. Per dñm nostrū
Iesum Xpm qui uiuit & regnat in secula seculorū Amen.

De passionē domini eiusdem sermo quartus.

Expectationi uestre dilectissimi dño largiente reddendum ē
 promerentibus orationibus uestris ut nos ad soluendū faciat
 idoneos: qui uos ad exigendum facit intentos. **L**oquentes enim
 proxime de passione domini usq; ad Euangelice historie uenimus
 locum: in quo Pilatus impius Iudeorum clamoribus ut Iesus cruci/
 figeretur: cessisse narrat. Peractis itaq; omnibus que diuinitas fieri
 carnis uelamine temperata pmisit: Iesus Christus filius dei cruci quā
 etiam ipse gesserat: affixus est. duobus latronibus uno ad dexterā
 ipsius alio ad sinistram similiter crucifixis. ut etiā in ipsa patibuli
 specie monstraretur illa que in iudicio ipsius omniū hominum est
 facienda discretio. cum et saluandorum figuram fides credētis la/
 tronis exprimeret: et dānātorum formam blasphemantis impietas
 prenotaret. Passio igitur Xpi salutis nostre continet sacramentū
 et de instrumēto quidem qđ iniquitas Iudeorum parauit ad penā
 potentia redemptoris gradum nobis fecit ad gloriā. **Q**uam domi/
 nus Iesus ita ad omnium hominū suscepit salutem: ut inter clauos
 quibus ligno tenebat affixus: p̄ interfectores suos paterne clemē/
 tie supplicaret: & diceret. Pater ignosce illis: q̄a nesciūt qđ faciūt.
 Principes autem sacerdotū quibus indulgentiā Saluator petebat:
 supplicium crucis irrisionum aculeis asperabant. et in quē manibus
 amplius seuire non poterant: linguarum tela iaciebant: dicentes.
 alios saluos fecit: seipsum non potest saluū facere. Si rex Israel ē:
 descendat nunc de cruce: et credimus ei. De quo erroris fōte Iudei
 de quo inuidie lacu talium blasphemiarum uenena potastis? quis
 uobis magister tradidit: que doctrina persuasit: quod illum Regē
 Israel illū dei filium credere deberetis: qui se crucifigi non sineret:
 aut a confixione clauorum liberum excuteret? Non hoc uobis
 legis misteria: non paschalis obseruantie sacramenta: nec unq̄ ulla
 Prophetarū ora cecinerunt. sed illud uere abundeq; legistis: qđ
 ad detestabilem uestri sceleris impietatem et ad uoluntariam domi
 pertinet passionem. Ipse enim per Esaiam loquitur: dorsum meū
 ad flagella dedi. maxillas meas ad palmas. faciem autem meam nō
 auerti a confusione sputorum. Ipse per Dauid: dederunt inquit in
 escam meam fel. et in siti mea potauerunt me aceto. **C**ircunde/
 derunt me canes multi. cōsiliū malignantiū obsedit me. foderūt
 manus meas et pedes meos. dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi

uero considerauerunt. et inspexerunt in me. diuiserunt sibi uesti/
menta mea. et super uestem meam miserunt sortem. Et ne sceleris
tantum uestri uideatur ordo predictus: Nulla autem potentia
prenunciata crucifixi: non quidem legistis: dominus descendet de
cruce sed legistis: Dñs regnauit a ligno. Crux ergo Christi sacra/
mentú ueri et prenucciati habet altaris: ubi per hostiam salutarē
nature humane celebraretur oblatio. ibi sanguis imaculati agni
antique preuaricationis pacta debebat. Ibi tota diaboli dñatiois
conterebatur aduersitas. et de elatione superbie uictrix humilitas
triumphabat: cum tam uelox esset fidei affectus: ut de crucifixis
cum Xpo latronibus qui in Xpm filium dei credidit: paradysum
iustificatus intrauerit. Quis tanti muneris explicet sacramentum?
quis potentiam tam mire commutationis enarret? exiguo tempis
puncto longorum scelerum reatus abolet. inter luctantis anime
dura tormenta herens patibulo transit ad Christú. et cui propria
impietas ítulit penam: xpi gratia dat coroná. Hinc iá degustato
aceto dñs qđ illa dabat uinea: que ab autoris sui plantatione de/
generans cōuersa fuerat in amaritudinē uitis aliene. Cōsumatum
est ait: hoc est complete sunt scripture. Non est aliud quo ísaníā
populi furentis expectem. nihil minus pertuli: qđ me passurum eē
predixi: peracta sunt mysteria infirmitatis. promant documēta
uirtutis. Inclinato itaq; capite emisit spiritú. et in corpus die tertio
suscitandum quierem placidi soporis admisit. cū sacramento cum
se uite autor ípenderet: et ad tantá diuine maiestatis inclinationē
totius mundi cōpago quateret: cum facinus impium ois sui con/
fusione natura damnaret: et manifestam in reos sententiam ipsa
elementa proferrent: quis uobis animus Iudei: que cōscientia fuit?
quando et uos iudicium uniuersitatis urgebat: et reuocari ad se
cōsumato scelere impietas uestra non poterat? Qualis cōfusio uos
oportuit: que cor uestrum pena suscepit? ¶ Cum igitur dilectissimi
tanta sit misericordia dei ut etiam de tali populo multos per fidē
iustificare dignatus sit: et nos sub ueteri quondá ignorantie pro/
funda nocte peuntes in patriarcharū societatem et in sortē electi
generis adoptari: ad altitudinē spei nostre nō segniter neq; cū
torpore currāmus. sed prudenter atq; fideliter cogitātes de quali
captiuitate et qđ misera seruitute quo precio redempti et quo bra/
chio sumus educti: glorificemus deū in corpe nostro: ut habitare
eum in nobis ex ipsa cōuersionis nostre probitate monstremus.

oportuit

Et quia nihil est in oim uirtutu dignitate pstantius: q pietas mie et puritas castitatis: His nos psidiis specialius instruamus. et caritatis opere: et nitore pudicie tanq duabus eleuati alis de terrenis mereamur esse celestes. ¶ Quo desiderio quisq gratia dei adiutus implet: et de pfectu suo non in se sed in domino gloriat: Hic legitime honorat paschale sacramentu. huius limina uastator angelus sanguine agni et signo crucis prenotata non intrat. Is plagas Egiptias non pauescit. et uisem aquis hostes relinquit extinctos quibus est ipse saluatus. ¶ Amplectamur itaq dilectissimi purificatis mentibus atq corporibus salutis nostre mirabile sacramentu. et ab omni fermento malicie ueteris emundati pascha domini cum digna obseruatione celebremus. ut regente nos spiritu sancto a caritate xpi nullis temptationibus separemur. qui in sanguine suo pacificans omnia in altitudinem paterne glorie se recepit. et humilitatem sibi seruentium non reliquit. Amen:

De passione domini eiusdem sermo quintus.

Creator et dñs omniu rerum Christus post inuicatum sacre uirginis partum post adorata Magoz confessione cunabula et post multiplicem doctrina celestis eloqui et uariaru curationu medelas imperio uerbi potentis effectas dispensationem omnium sacramentoz oimq uirtutu salutifera passione consumat. Christiane igitur spei dilectissimi uera ratio et principalis causa crux Xpi est: que licet Iudeis sit scandalum: gentibus autem stulticia: nobis tamen dei uirtus est: deiq sapietia. unde sumum hoc et potestissimu diuine misericordie sacramentu semper quidem in cordibus nostris cum tota sui dignitate retinendum est. sed nunc uiuacore animi sensum et puriorem exigit mentis intuitu: qn nobis non solu recursu tpi sed etia textu Euangelice lectionis omne opus nostre salutis ingerit. Nihil ergo apud nos loci cogitationes habeat ipioz nec integritatem sane intelligetie aut Iudaica offensio aut getilis corrupat irrisio: ut qd non solum pro nobis humiliter sed etiam sublimiter gestu est: aut secundu hoim impossibile: aut scdm deu uideat indignu. Vtrunq autem recipi: utrunq couenit credi: quia nemo hoim potest nisi in utroq saluari. Iustus enim et misericors deus non sic munere sue uoluntatis est usus: ut ad reparationem nostram sola potentia benignitatis exerceret. sed quia cosequens

fuerat: ut homo faciens peccatum seruus esset peccati: sic medicina
egris: sic reconciliatio reis: sic redemptio est impensa captiuus: ut cō/
demnationis iuste sententia iusto liberatoris opere soluere. Nā
si pro peccatoribus sola se opponeret deitas. nō tam ratio diabolū
uinceret: q̄ potestas. et rursus si causā lapsorū solū ageret natura
mortalū: non erueretur a cōditiōe: que libera non esset a genere.
Vnde optuit in unū dñm nostrū Iesum Christū et diuinā et hu/
manā cōuenire substantiā: ut mortalitati nostre per uerbū carnē
factū et origo noui hoīs subueniret: et passio. Cū igit in Christo
Iesu Iudeorū duricia que sunt diuina: gentiliū cecitas que sunt hu/
mana: cōtemnat. illis aduersus gloriā dñi calūnantibus: istis cōtra
humilitatē supbiētibus: Nos dei filiū et in suis uirtutibus et in nrīs
infirmis adoramus. Nec erubescimus crucem Xpi: et inter
cōtradicientium linguas nec de morte ipsius nec de resurrectione
dubitamus. qm̄ qđ superbos ad infidelitatē trahit: hoc nos ad uitā
dirigit. et qđ apud illos est materia cōfusionis: hoc apud nos ē cā
pietatis. Admonitis igitur discipulis dñs: ut contra uim temptatiōis
instantis uigilāti oratiōe certarent: ipsi patri supplicās ait: Pater
si possibile est: trāseat a me calix iste. ueruntñ non sicut ego uolo:
sed sicut tu. p̄ma petitio infirmitatis ē. scđa uirtutis. Illud optauit
ex nrō: hoc elegit í p̄po. Nec enī eqlis pri filiū oīa eē possibilia
deo nesciebat. aut ad suscipiendū crucē sine sua í hunc mundum
descenderat uolūtate: ut hāc diuersarū affectiōnū cōpugnantiam
perturbata quodāmō rōne pateret. Sed ut suscipiētis suscepteq; na/
ture esset manifesta distinctio: qđ erat hoīs diuinam desiderauit
potentiā. qđ erat dei: ad causā respexit humanā. Supiori igitur
uolūtati uoluntas cessit inferior. et cito demonstratū ē quid possit
a trepidāte orari: et quid non debeat a medēte cōcedi. Quia enim
nos quid oremus: sicut oporteat: nescimus: et utile nobis est: ne fiat
plerunq; qđ uolumus: Deus iustus et bonus qñ ea que nocitura
sunt: petitur: negādo miseret. Volūtatis ergo nostre correctionē
dñs trina cū oratiōe firmasset: grauatīs merore discipulis: Dormite
tam íquit: et requiescite: ecce appropinquat hora: et filius hominis
trahet in manus peccatorū. surgite. eamus hinc. ecce appropi quit
qui me tradet. et cum gladius et fustibus cōprehensura Xpm̄ turba
cōflicxit ducē sequēs Iudā Scarioth: q̄ p̄uilegio pfidie obtinuerat
in facinore principatū. hinc ne criminis causā aliq̄ p̄beret offensio:
nulla est negata dignatio. Sed illius spū inflammatus exarsit: cui

ministeriū sponte prebuit. et qualē p̄buit mentem: talē inuenit & Presidē. Merito sicut et Propheta p̄dixerat: oratio eius facta ē in peccatū. q̄n̄ consumato scelere tam puerſa impii cōuersio fuit: ut etiā penitēdo peccaret. Admittit ergo in se filius dei impias manus. et qđ se uentū furore agit: paciēti potestate cōpleuit. Hoc enim erat illud magne pietatis sacramentū: qđ Xpi cōsecrabat̄ iniurus: qual si aperta potentia et manifesta uirtute ppelleret: diuina tm̄ exerceret. non humana curaret. In oībus autē que illa popularis et sacerdotalis insania cōtumeliose et procaciter inferebat: nostre diluebāt macule: nostre expiabant̄ offense. quia natura que in nobis uincta semp fuerat: atq; captiua: in illo inocens patiebat̄ & libera. ut ad auferendū peccatū mūdi ille agnus se hostiā offerret: quē et oībus corpali bus substātia iūgeret: et ab oībus spiritalibus origo discerneret. ¶ Hec hodie dilectissimi auribus uestris insinuata sufficiāt. Cetera in quartā feriā differant: Auxiliāte dño orō / nibus uestris: q̄ p̄stare dignabit̄: ut qđ p̄mittimus: ipleamus. Amē.

De passione domini eiusdem Sermo. VI.

Sponsionis nostre memores dilectissimi sanctitati urē reddi / mus: qđ debemus. affuturā sperantes gratiā dei ut inde nobis pueniat deuotio: unde est incitata pmissio. Comp̄hensus dñs a ēbis qual Prīcipel sacerdotū et doctores legis armauerāt: ut impleret dispensationē: cohibet potestatē. et beatū Aplm̄ Petrum humana aduersū irruentes aīositate cōmotū gladio abstinere p̄cepit. Sup / fluū enī erat: ut qui nolebat p̄sidio angelicarū legionum iuuari: uellet se unius discipuli oppositione defendi. Perpetrauerit licet turba ferox: qđ uoluit: et de sceleris sui exultarit affectu: maior tñ cōprehensi uirtus q̄ cōprehendentū fuit. Iudeoz̄ enim cecitas nihil obauit: nisi ut sua impietate se p̄deret. Christi uero paciētia hoc egit: ut oēs sua passione saluaret. Perducto aut̄ Iesu ad Cay / phā Principem sacerdotum quo Scribe et oīs sacerdotalis ordo cōuenerat: falsa aduersus dñm testimonia querebant̄. Sed inter icōdital et dissonas uoces hoc Iesus mirabiliter elegerat: ut taceret Cayphe aut̄ dicenti adiuro te per deū uiuū: ut dicas nobis si tu es Christus filius dei: ita uiuaci et p̄uida autoritate r̄ndit: ut eisdem uerbis et ifideliū cōscientias cederet: et credentiū corda firmaret. ad oēm it̄rogationē eius referēs tu dixisti. Addēs qđ seq̄t: uerūtñ

dico uobis: A modo uidebitis filiū hoīs sedentē a dextris dei: et uenientē in nubibus celi. Cayphas autē ad exaggerādā auditū sermōis inuidiā: scidit uestimta sua: et nesciēs quid hac significaret insania: sacerdotali se honore p̄uauit. Vbi ē Caypha rōnale pectoris tui? ubi ē cōtinentie cingulū? ubi sup̄humeralē uirtutū? Mystico illo sacratioq; amictu te spoliās. et p̄priis manibus pontificalia sacramēta discerpis. oblitus p̄cepti illius qđ legeras de Príncipe sacerdotū de capite suo cydarin non deponet. et uestimenta sua nō dirūper. tu uero a quo iam alienabatur hec dignitas: ipse tibi es executor obprobri. et ad manifestū finē ueteris instituti p̄tinet eadē diruptio sacerdotū. **H**inc iam dilectissimi inter multiplicatas illusiōes nocte trāfacta uinctū Iesum Pilato Presidi tradiderūt. Prīcipes enim sacerdotū et seniores populi hoc cōsilio rem gerebant. ut ab actione sceleris sui uiderent̄ imunes. subtrahentes opa manuum. & exercentes tela linguarū. uolentes interficere: et clamātes crucifige. Quid hac specie religionis iustus? quid hac clementie simulatione crudelius? qua lege Iudei qđ uobis non licet facere: licet uelle? qđ ratioe qđ corpora polluit: corda non ledit? Cōtaminari occisiōe eius metuitis: cuius sup̄ uos et super filios uestros fundi sanguinem postulastis. Si non totū facinus uestra impietas pagit: permitte Presidē iudicare qđ sentit. sed uos etiā in ipsū graues atq; uiolētū in idem declinare non sinistis: a quo ipsi mēdaciter abstinetis. Pecauerit Pilatus faciēdo quod noluit. In uestrā tamen cōscientiam cōfluit: quicqđ furor uester extorsit. Talis etiā illic uestra obseruantia fuit: ubi preciū qđ uobis X̄pi uenditor reportauit: mitti in gazophylaciū nolulistis. cauētes scilicet ne sacros loculos pecūia cruenta pollueret. Cuius cordis est ista simulatio? sacerdotū cōscia caput: qđ templi arca non recipit. refutat illius sāgunis taxatio: cuius non timeēt effusio. Quātūlibet ita uos fallacie circumtegitis umbraculis: initū ē cum traditore cōmercium quo iustū sanguinē sicut non licuit compari: ita debuit non effundi. **S**editiosis igitur clamoribus Iudeorū sedente Pilato in loco cui nomen est Gulgata crucifigitur X̄pus per lignū. erigit̄ lapsus in ligno. et gustu fellis et aceti diluit̄ esca peccati. Merito igitur priusq̄ traderet̄: dixerat dñs: Cū exaltatus fuero: oīa ad me trahā. idest totā causā humani generis agam. et olim p̄ditā in integrū reuocabo naturā. In me oīs infirmitas abolebit̄. In me oīs plaga sanabit̄. Exaltatū autē Iesum ad se traxisse oīa nō solū nostre substātie passione sed etiā

totius mudi cōmutatiōe monstratū est. Pendente enī in patibulo
 creatore uniuersa creatura cōgemuit. et crucis clauos omīa simul
 elemēta senserūt. Nihil ab illo supplicio liberū fuit. hoc in cōmu/
 nionē sui et terrā traxit et celū. hoc petras rupit. monumēta apuit.
 infernū reserauit. et densarū horrore tenebrarum radios solis ab/
 scondit. Debebat hoc testimoniū suo mundus autori: ut in occasu
 cōditoris sui uellent uniuersa finire. Sed patientia dei seruat rebus
 atq; tēpibus ordinē suū. nosq; in illū potius uocat affectū. ut eorū
 salutē petamus: quoꝝ crimen horremus. Tanto igit̃ precio tanto
 sacramēto eruti de potestate tenebrarū et ab antique captiuitatis
 uinculis absoluti date operā dilectissimi ut integritatem mentium
 nostrarū nulla diabolus arte corrūpat. Quicq̃d nobis cōtra Xpi/
 anā fidē ingerit̃: quicq̃d contra mandata dei suadetur: de illius
 deceptiōibus uenit: qui nos innumeris dolis ab eterna uita conatur
 euertere. captando quasdā occasiōes infirmitatis humane per quas
 incautas negligētesq; aīas in laqueos tandē sue mortis inducat. Oēs
 ergo per aquā et spiritū sanctū renati recolant cui renūciauerūt.
 et qua p̃fessione iugum a se tyrānice dñationis excusserint. nec in
 secūdis quisq̃ nec in aduersis ad mortiferū diaboli currat auxiliū.
 Ille enī mēdax est ab initio. et ī sola uiget arte fallēdi: ut humanā
 ignorantiam false sciētie ostentatiōe decipiat. Fitq; eorum nunc
 malignus īpulsor: quoꝝ post futurus est improbus accusator. Aīe
 nostre et actionū tēpaliū qualitates nec in natura elementorū nec
 in stellarū affectibus sed in sūmi et ueri dei potestate consistunt.
 cuius auxiliū et misericordiā in oībus que obtinere cupimus: implo/
 rare debemus. sicut enī illo qđ absit: offenso nihil est: quod nobis
 ualeat suffragari: ita eodē p̃picio nulla nobis nocebit aduersitas.
 qm̃ si pro nobis deus: quis cōtra nos? qui filio suo p̃prio nō peccat:
 sed pro nobis oībus tradidit eum: quomō non etiā cum illo omīa
 nobis donauit: qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

De pascha domini eiusdem Sermo

SCio quidē dilectissimi paschale festum tam sollempne et sub/
 limis esse mysteriū ut non solum humilitatis mee tenuissimum
 sensū sed etiā magnoꝝ ingenioꝝ sup̃et facultatē. Sed nō ita mihi
 diuini opis cōsiderāda est magnitudo: ut uel diffidā uel erubescam
 de seruitute: quā debeo: cum sacramentū salutis humane nō liceat.

taceri: etiã si nequeat explicari. Auxiliãtibus etiã orõibus uestris
affuturã credimus gratiã dei: que inspiratiõis sue rore sterilitatem
nostri cordis abstergat ut ligue pastoralis officio que sãcti gregis:
auribus sint utilia pferant: dicente eni dño bonoz oim largitore
aperi os tuũ: et ego adimplebo illud: Audemus eisdem uerbis pro/
pheticis dicere dñe labia mea apies. et os meũ anũciabit laude tuã.
Incipientes igit dilectissimi Euangelicã de passione dñi historiam
retractare diuino itelligimus dispositũ fuisse consilio ut sacrilegi
Iudeoz Principes et impu sacerdotes qui seuedi in Christũ occa/
siones sepe quesuerãt: non nisi in sollennitate paschali exercendi
furoris sui accipent potestacẽ. Optebat eni ut manifesto iplerẽt
effectũ: que diu fuerãt figurato pmissa mysterio. ut ouẽ signifi/
cantiã ouis uera remoueret. et ut uno expleret sacrificio uariarũ
differentia uictimarũ. Nã oia illa que de imolatione agni diuitus
per Moysen fuerãt pstituta: Christũ pphetauerunt. et Xpi oc/
cisiõẽ prope denunciauerũt. Vt ergo umbre cederent corpori
et cessarẽt imagines sub pntia ueritatis: antiqua obseruantia nouo
tollit sacra mto. hostia in hostiã trãsit. sanguinẽ sanguis excludit.
et legalis festiuitas dum mutat: implet. Vnde cũ scribas et seniores
populi ad impietatis conciliũ Põtifices congregarent: oimq; aios
sacerdotũ cura admittendi in Iesum sceleris occupasset: ipsi se doc/
tores legis lege priuarunt. et spontaneo defectu ritus sibi patrios
abstulerunt. Incipiẽte eni festiuitate paschali qui ornare templũ
mũdare uasa uictimas puidere et legitimis purificatiõibus sacra/
tiorẽ diligentia adhibere debuerãt: parricidalis odii furore cõcepto
ad unũ opus uacãt. et in unum facinus simili crudelitate cõiurãt.
Quid asscutori supplicio innocẽtie: cõdẽnatione iusticie? nisi ut &
noua mysteria non apphenderent: et antiqũ uiolarent? Prouidẽ/
tibus ergo picipibus ne in die festo tumultus oriret: nõ deuotiõis
sed facinori studebat. nec religioni seruibat hec cura: sed crimini.
Diligentes eni Pontifices et solliciti sacerdotes seditiones turbarũ
fieri in picipua sollẽnitate metuebãt: non ut populus nõ peccaret:
sed ne Xpus euaderet. At Iesus cõsilii sui certus: et in ope paterne
dispositionis intrepidus uetus testamentum consũmabat. et nouum
pascha condebat. Discũbentibus eni secum discipulis ad edendum
mysticã cenã cum in Cayphe atrio tractaret quõ Christus posset
occidi: ille corporis et sanguinis sui ordinãl sacramentũ docebat: q̃lis
deo hostia deberet offerri. nec ab hoc quidẽ mysterio traditore

submoto: ut ostenderet nulla iniuria exasperatus: qui in uoluntaria
 erat impietate constitutus. Ipse enim sibi fuit materia ruine: et causa
 perfidie: sequens diabolum ducens: et nolens Christum habere rectorem. Dicens
 itaque dominus: Amen dico uobis quod unus uestrum me traditurus est notam
 sibi traditoris ac perditoris conscientiam demonstrauit: non aspera nec
 aperta impium increpatione confundens sed leni ac tacita admonitione
 conueniens: ut facilius corrigeret penitendo: quem nulla deformasset
 abiectio. Cur infelix Iuda tanta benignitate non uteris. ecce patet
 ausibus tuis dominus: et nulli te nisi tibi indicat Christus. nec nomen tuum
 nec persona detegit. sed ueritatis et misericordie uerbo cordis tui tantum
 arcana tangunt. Non Apostolici ordinis honor non sacramentorum tibi
 communio denegatur. Redi in integrum. et deposito furore resipisce.
 Clementia inuitat. salus pulsat. ad uitam uitae te reuocat. Ecce im/
 maculati et innocentes discipuli tui ad significationem facinoris
 expauescunt. et omnes sibi non edito impietatis autore formidant.
 Contristati enim sunt non de conscientie reatu: sed de humane muta/
 bilitatis incerto timentes ne minus uerum esset: quod in se quisque nouerat:
 quam quod ipsa ueritas prouidebat. Tu autem in hac trepidatione sanctorum
 abuteris domini patientia: et abscondi te tua credis audacia. Addis im/
 pudentiam sceleris. nec signo euidentiore terreris. Cunctique se a cibo alii
 in quo iudicium dominus posuerat: continerent. tu manum non retrahis a
 parapside: quia animam non auertis a crimine. **Secutum est itaque dile-**
ctissimi sicut Iohannes euangelista narrauit: ut cum traditori suo
 dominus manifestius designando panem porrexit intinctum: totum Iudam
 diabolus occuparet. et quem malignis cogitationibus obligaret: iam
 ipso impietatis opere possideret. Corpe enim tantum cum cenantibus
 recubebat. mente autem sacerdotum inuidiam testium falsitatem et
 furor imperite plebis armabat. Denique uidens dominus cui flagitio Iudas
 esset intectus: quod facis inquit fac citius. uox hec non iubentis est: sed
 sinentis. nec trepidi: sed parati. qui habes omnium temporum potestatem:
 ostendit se moram non facere traditori. et sic ad redemptionem mundi
 paternam consequi uoluntatem: ut facinus quod a persecutoribus parabat:
 nec impelleret: nec timeret. Postquam igitur Iudas persuasus a diabolo
 discessit a Christo: sequens a corpe Apostolice uirtutis abscedit: nullo domus
 pauore turbatus: sed de sola redimendorum salute sollicitus omnem tempus
 spatium quod a persecutorum uacabat incursum mysticis sermonibus sa/
 crateque doctrine sicut Iohannis Euangelio declaratur: impendit eleuans
 ad celum oculos et pro uniuersa Ecclesia supplicans patri: ut omnes

quos dedisset: daturusq; esset filios pater unum fierent: et in gloria redemptoris indiuidui pmanerent. adiciens postremo illā orationē qua ait: pater si fieri potest: trāseat a me calix iste. Vbi non existimandū est: qđ dñs Iesus passionē et mortem cuius iam discipulis sacramta tradiderant: uoluerit declinare: Cum ipse beatum Aplm̄ Petrū deuota fide et caritate feruentē uti aduersum persecutores gladio uetet: dicens: calicē quē dedit mihi pater: non uis ut bibam illū? Certūq; sit: et qđ dñs testatus est ipse dicēs: Sic enī deus dilexit mundū: ut filiū suū daret unigenitū: ut oīs qui credit in eum: nō pereat. sed habeat uitā eternā: et qđ de ipso ait Aplūs Paulus Christus nos dilexit. et tradidit semetipm̄ pro nobis hostiā ī odorē suauitatis. In saluādis enī hoībus per crucē Xpi cōmunis uolūtas erat patris et filii. cōmuneq; cōsiliū. et nec ulla poterat ratione turbari: qđ ante eterna secula et misericorditer erat dispositū: et icōmutabiliter erat p̄finitū. Qui ergo uerū totūq; hoīem assūpsit: ueros et corporis sensus et aī suscepit affectus. nec quia oīa in illo plena sacramtis plēa miraculis: ideo aut falsis lachrymis fleuit: aut mendacū esurie sumpsit cibum: aut simulato sopore dormiuit. In nostra humilitate cōtemptus in nostra mestitudine contristatus in nostro est dolore crucifixus. passionē enim mortalitatis nostre ob hoc mīa subit: ut sanaret. ob hoc uirtus recepit: ut uinceret. quod Esaias aptissime p̄phetauit dicens: Hic peccata nostra portat: et pro nobis dolet. et nos putauimus illū eē in dolore et plaga & uexatiōe. ipse aut uulneratus ē p̄pter peccata nostra. et infirmatus est p̄pter facinora nostra. et liuore eius sanati sumus. Cum itaq; dilectissimi dei filius dicit: pater si fieri pōt: transeat a me calix iste: nostre utitur uoce nature: et si causā fragilitatis et trepidatiōis agit humane: ut in us que tolerāda sunt: et patientia roboret: et formido pellat. Deniq; cessans hocipsū petere excusato quodāmō nostre ifirmitatis metu in quo nobis remanere non expedit: ī aliū affectū transit: et dicit: ueruntñ non sicut ego uolo: sed sicut tu. Ecce iterū. Si non potest inquit calix iste transire a me: nisi bibā illū: fiat uoluntas tua. Hec uox capitis salus est totius corporis. hec uox oēs confessores accendit. omēs martires coronauit. Nam quis mundi odia quis temptationū turbines quis posset p̄secutorū superare terrores: nisi Christus in oībus et pro omnibus patiens patri diceret: fiat uoluntas tua? Discant igitur hanc uocē omēs Ecclesie filii magno precio redempti gratis iustificati: Et cum aduersitas

uolentie alicuius temptationis incubuerit: p̄sidio potētissime rōnis
 utant̄: ut sup̄ato tremore formidinis accipiant tolerantia passiois.
 Hinc iam dilectissimi ad perstringendū ordinem dominice passiois
 sermo est dirigendus. quē ne uos cumulo p̄lixitatis oneremus: in
 quartā sabbati diuiso cōmuni labore differamus. Adderit p̄can/
 tibus nobis gratia dei: que mihi soluendi debiti tribuat facultatem.
 Per dominum nostrum Iesum Christum qui uiuit et regnat in
 secula seculorum. Amen.

De passione domini eiusdem Sermo. VIII.

DE cursis dilectissimi sermone proximo ut que cōprehensionē
 domini precesserunt: superest nunc ut auxiliante dei gratia de
 ipso iam passionis ordine sicut promissimus: differamus. Nam cum
 uerbis sacre oratiois sue dñs declarasset: uerissime sibi atq; plēissime
 et humanā et diuinā in eē naturā: oñdens unde esset quidē: quod
 pati nollet: et unde qđ uellet: depulsa trepidatiōe infirmitatis et
 cōfirmata magnanitate uirtutis redit in sententiā sue dispositiois
 eterne. et seuenti diabolo p̄ mīsteria Iudeoꝝ formam serui nihil
 peccati habentis obiecit. ut per eū ageret oīum causa: in quo solū
 erat oīum natura sine culpa. Irruerunt ergo in lumen uerū filii
 tenebrarū. et utentes faculis atq; laternis non euaserūt infidelitatis
 sue noctē: quia non intellexerunt lucis autorem. occupāt patum
 teneri. et trahunt uolentē trahi. qui si uellet obniti: nihil quidē in
 iniuriā eius impie manus possent: sed mundi redemptio differret: &
 nullū saluaret Iesus: qui pro oīum salute erat mōiturus. Sinens
 igit̄ inferri sibi quicqđ sacerdotū instinctu furor popularis aude/
 bat: Ad Annam Cayphe socerū ac deinde ad Caypham ex Anne
 trāmissione perducit̄. et post insanas calūnantium uoces post cō/
 menticial subornatoꝝ testium falsitates ad examen Pilati Pōtificū
 delegatione transfertur. Qui diuino iure neglecto clamantes se
 Regē non habere nisi Cesarē: tanq̄ Romanis deuoti legibus oē
 iudiciū potestati Presidis reseruassent: expeterūt executorē magis
 seuitie q̄ arbitriū cause. Offerebāt enī Iesum duris nexibus uictū
 colaphis et alapis frequētibus cesum: sputis oblitū: clamoribus pre/
 damnatū: ut inter tot preiudicia quem omnes uellent perire: non
 auderet Pilatus absoluere. Deniq; nec in accusato aliquam repisse
 causā nec in sn̄ia sua tenuisse cōstantiā: docet ipsa cognitio: i qua
 iudex quem innocentem p̄nunciat: damnat. addicens iniquo pplō

sanguinem iustum: a quo abstinendū sibi et intellectu propo serat: et somnio uxoris nouerat. Nec purgant cōtaminatū animū manus lore. nec in aspersis aqua digitis expiat: qđ famulāte ipia mente cōmittitur. Excessit quidē Pilati culpā facinus Iudeorum: qui illū nomie Cesaris territū et inuidiosis uocibus increpatum ad effectū sui sceleris impulerunt. Sed nec ipse euasit reatum: qui co opatus seditiosis reliquit iudiciū propum: et in crimē trāsiuit alienū. Quod ergo Pilatus dilectissimi implacabilis populi uictus insania multis Iesum debonestari ludibriis et multimodis uexari permisit iniuriis: qđq; eum flagellis cesum spinis coronatū et amictu irriso rie uestis indutū psequentiū oñtauit aspectui: ad mitigādof pcul dubio inimicoꝝ aios existimauit: ut exaturatis inuidie odus non ultra iam crederent psequendū: quē tot modis intuebantē afflictū. Sed cum inardesceret ira clamantium ut Barrabā indulgentia re laxaret: et Iesum crucis pena suscipet: cū cōsono fremitu diceret a turbis. Sanguis eius sup nos et super filios nostros: obtinuerunt iniqui in damnationē suam: qđ p̄tinaciter exigebant. quoꝝ dētel sicut Propbeta attestatus est: arma erant et sagitte. et lingua eoꝝ gladius acutus. frustra enī a crucifigendo maiestatis dño manus propas continebant: in quē letalia uocū spicula et uenenata uer borum tela iaciebant. **V**obis falsi Iudei et sacrilegi Principes ppli totū facinoris istius pondus incūbit. et licet imanitas sceleris et Pri cipem obligarit: et milites: om̄s tamē facti sūma uos arguit. & siqd in supplicio Xpi uel Pilati peccauit iudiciū uel cohortis obsequium hoc uos facit humani generis odio digniores: quia uestri furoris impulsu nec illis inocentes eē licuit: qbus iniquitas uestra nō placuit. Traditus itaq; dñs seuentiū uoluntati ad irrisionē regie dignitatis supplicii sui iussus ē esse gestator: ut impleret qđ Esaias Propbeta preuiderat dicens: Ecce natus est puer: et datus ē nobis filius: cuius imperiū super humeros eius. Cum ergo dñs lignū portaret crucis: qđ i sceptrū sibi cōuerteret potestatis: erat quidē hoc apđ ipioꝝ oculos grande ludibriū: sed manifestabat fidelibus grande myste riū. quia gloriosissimus diaboli uictor et inimicarū uirtutū poten tissimus debellator pulchra specie triumphis sui portabat tropheū. et inuicte patientie humeris signū salutis adorandū regni om̄ibus inferebat. tanq̄ et tunc ipsa operis sui imagine om̄es imitatores suos cōfirmaret: et diceret: Qui non accipit crucē suā: et sequitur me: non est me dignus. Euntibus autē cum Iesu turbis ad locum pene

Simon quidā Cyreneus inuentus ē: in quē lignū crucis trāfferet a dño: ut etiam tali facto presignaretur gentiū fides. quibus crux Christi non confusio erat futura sed gloria. Non ergo fortuitum sed figuratū et mysticum fuit: ut Iudeis in Christū seuentibus ad compatiendū ei pegrinus occurreret: dicente Apostolo: Si com-
 patimur: et conregnabimus. ut sacratissimo Saluatoris obprobrio non Hebreus quisq̄ nec Israelita sed alienigena subderet. Per hāc enim translationem a circumcisione ad preputiū a filiis carnalibus ad filios spirituales immaculati agni propitiatio et oīm sacramtorū plenitudo transibat. Siquidē pascha nostrum ut ait Apostolus: immolatus est Christus: qui se nouum et uerum reconciliatiōis sa-
 crificiū offerens patri non in templo cuius iā erat finita reuerēcia: nec intra septa ciuitatis ob meritū sue sceleris diruēde: sed foris et extra castra crucifixus est. ut ueterum uictimazq̄ cessāte mysterio noua hostia nouo imponeret altari, et crux Christi non templi esset ara: sed mūdi. ¶ Exaltato igit̄ dilectissimi per crucē Christo non illa tantū species aspectui mentis occurrat: que fuit in oculis impiorum quibus per Moysen dictū est: Et erit pendens uita tua ante oculos tuos: et timebis die ac nocte: et non credes uite tue. Isti enim nihil in crucifixo domino preter facinus suum cogitare potuerunt: habentes timorem non quo fides uera iustificatur: sed quo conscientia iniqua torquetur. Noster uero intellectus quem spiritus ueritatis illuminat: gloriam crucis celo terraq̄ radiantem puro ac libero corde suscipiat. et interiore acie uideat quale sit: qđ dominus cum de passionis sue loqueret̄ instantia: dixit: uenit hora ut clarificetur filius hominis. et infra. nunc inquit turbata est aīa mea. & quid dicā? Pater salua me. ex hac hora. Sed propterea ueni in hanc horam. pater clarifica filium tuum. Et cum uox patris uenisset e celo dicens: Et clarificaui: et iterum clarifico: Respondens Iesus circumstantibus dixit: Non propter me uox hec facta est: sed propter uos. nunc iudicium mundi est. nunc Princeps huius mundi euicitur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: oīa traham mecum. O admirabilis potentia crucis: O ineffabilis gloria passionis: in qua et tribunal domini et iudicium mundi et potestas est crucifixi. Traxisti enim domine omnia ad te. et cum expandisses tota die manus tuas ad populū non credentē et cōtradicentē tibi: confitende maiestatis tue sensū totus mūdus accepit. Traxisti domine omnia ad te: cum in execrationem Iudaici sceleris unam

protulerunt omnia elementa sententiam. cum obscuratis lumina/
ribus celi et conuerso in noctem die terra quoq; motibus quateret
insolitus. uniuersaq; creatura impioꝝ se usui denegaret. Traxisti
domine omnia ad te quoniam scisso templi uelo sancta sanctorú
ab indignis pontificibus recesserunt. ut figura in ueritatem: pro/
phetia in manifestationem: et lex in Euangelium uerteretur.
Traxisti domine omnia ad te: ut quod in uno Iudee templo ob/
umbratis significationibus tegebatur: pleno apertoq; sacramento
uniuersarum ubiq; nationum deuotio celebraret. ¶ Nunc enim et
ordo clarior leuitarum et dignitas amplior seniorum et sacrator
est unctio sacerdotum: quia crux tua omnium fons benedictionú
omnium est causa gratiarum: per quam credentibus datur uirtus
de infirmitate. gloria de obprobrio. uita de morte. Nunc etiam
carnalium sacrificiorum uarietate cessante omnes differentias ho/
stiarum una corporis et sanguinis tui implet oblatio. quoniã tu es
uerus agnus dei qui tollis peccata mundi. et ita in te uniuersa per/
ficias mysteria: ut sicut unum est pro omni uictima sacrificium:
ita unum de omni gente fit regnum. ¶ Confiteamur igitur dilec/
tissimi: qđ beatus magister gentium Paulus Apostolus gloriosa
uoce confessus est dicens: fidelis sermo et omni acceptione dignus:
quia Christus Iesus uenit in hunc mundú peccatores saluos facere:
hinc mirabilior est erga nos misericordia dei: qđ non pro iustis
neq; pro sanctis: sed pro iniquis et impiis Christus mortuus est: et
cum mortis aculeum recipere non posset natura deitatis: suscepit
tamen nascendo ex nobis: quod posset offerre pro nobis. Olim. n.
morti nostre mortis sue potentiã minabatur dicens: per Osee pro/
phetam. O mors ero mors tua. et ero morsus tuus inferne. leges
enim inferni moriendo subit. sed resurgendo dissoluit. et ita per/
petuitatem mortis incidit: ut eam de eterna faceret temporalem.
Sicut enim in Adam omnes moriuntur: ita et in Christo omnes
uiuificabuntur. ¶ Fiat itaq; dilectissimi quod Apostolus Paulus
ait: ut qui uiuit: iam non sibi uiuat: sed ei qui pro oĩbis mortuus
est. et resurrexit. et quia uetera transierunt: et facta sunt omnia
noua: nemo in carnalis uite uetustate remaneat. sed omnes de die í
diem proficiendo per pietatis augmenta renouentur. Quátúlibet
enim quisq; iustificatus sit: habet tamen dum in hac uita est: quo
pbator esse possit et melior. qui autem non proficit: deficit. & qui
nihil acquirit: non nihil pdit. Currendú enĩ nobis est fidei gressibus.

97
misericordie opibus. amore iusticie. ut diem redemptionis nostre
spiritualiter celebrantes non in fermento ueteris malicie et nequicie
sed in azimis sinceritatis et ueritatis resurrectionis Christi merea/
mur esse participes: qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

De passione domini eiusdem sermo nonus.

Sacramentum dilectissimi dominice passionis in salutem generis
humani: ante tempora eterna dispositum: et per multas sig/
nificationes omnibus retro seculis initiatum non adhuc expectamus
manifestandum: sed iam adoramus impletum. Concurrentibus ad
eruditionem nostram: et nouis testimoniis et antiquis: dum quod
Prophetica cecinit tuba: Euangelica pandit historia. et sicut scri/
ptum est: Abyssus abyssum inuocat: in uoce cataractarum tuarum
quoniam ad enarrandum gloriam gratie dei paribus sibi uocibus:
utriusque testamenti altitudo respondet. Et quod erat sub uelamine
figurarum profundum: fit reuelata luce perspicuum. Si enim inter
illa miracula saluatoris: que sub populorum gerebantur aspectu:
pauci ueritatis presentiam sentiebant: ipsique discipuli uoluntaria
domini passione turbati: non euaserunt scandalum crucis sine tenta/
tione formidinis: Vnde fides nostra intelligentiam sumeret:
Vnde constantia robur acciperet: nisi que facta cognoscimus:
predicta legeremus. **P**eracto igitur dilectissimi Saluatoris tri/
umpho: et consummatis dispensationibus: quas omnia ueteris testamti
eloquia nunciarunt: luceat carnalis Iudeus. sed spiritualis gaudeat
Christianus. et festiuitas que illis conuersa est in noctem: nobis
coruscet in lucem. quoniam crux Christi eadem est et credentium
gloria: et non credentium pena. Quamuis enim persequentium furor
nihil aliud in dominum maiestatis operatus est: quam atrocem crude/
litatem et immitte supplicium: redemptis tamen domini passione
uerior iustiorque letandi est ratio: quam dolendi. fuerit tunc discipulorum
excusabilis pauor: nec diffidentie culpam apostolicus meror iciderit:
quando concurrentibus ad unum scelus Iudeis: Iudeorumque Pri/
cipibus superbus taurorum piguum tumor: et proterua uitulorum
petulantia seuebat. quando sub oculis ouium pastoris iusti sang/
uinem frementium bestiarum rabies experebat. quando denique etiam
ipse qui pati uenerat: de nostre nature comunione dicebat: Tristis
est anima mea usque ad mortem. **N**unc autem postquam susceptione

firmitatis potentia ē clarificata uirtutis: nulla fidelium mestitudine paschalis est obseruanda sollemnitas. nec cum tristitia nobis gestorum ordo recolendus est: cum ita dominus usus sit malicia Iudeorum: ut de intentione facinoris uoluntas sit impleta miserationis. Si autem in exitu Israhel de Egypto agni sanguis fuit restitutio libertatis: et sacratissima est facta festiuitas: que per hostiam pecudis iram auerteret uastatoris: quanta populis Christianis concipienda sunt gaudia: pro quibus omnipotens pater filio suo unigenito non perperit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: ut in occisione Christi pascha esset uerum: et singulare sacrificium: quo non ex dñatione Pharaonis unus populus: sed ex diaboli captiuitate totus mundus eruitur. **H**oc igitur illud est dilectissimi sacramentum: cui ab initio omnia sunt famulata mysteria. **N**unc sanguis iusti Abel mortem summi pastoris eloquitur. Et in parricidio Iudeorum Caym interfector fratris agnoscitur. Nunc diluuium et Noe arca manifestat: quid sit renouationis in baptismo. et quod sit salutis in ligno. Nunc Abraham gentium pater promissos acquirit heredes. et in semine eius non germen carnis: sed fidei propago benedicunt. Nunc ad prenunciatum festis omnibus festum sacer nouorum mensis enituit: ut in quo accepit mundus exordium: in eodem haberet Christiana creatura principium. **Q**uamuis igitur furentes Iudei fecerint in dominum Iesum quecumque uoluerint: et suscepti hominis ueritatem: nullis eorum ausibus potestas diuina subtraxerint: patia tamen domini consilii sui munus impleuit. et pertinacia sacrilege crudelitatis profecit operi Saluatoris: quod non Scribe non Pharisei nec summi intellexerunt Pontifices. Si enim cognouissent: nunquam glorie dominum crucifixissent. Nec itaque ipse diabolus intellexit quod se uendo in Christum suum destrueret principatum: qui antequam fraudis iura non perderet: si se a domini sanguine contineret. Sed malicia nocendi audax dum irruit: ruit. dum capit: captus est. dum persequitur mortalem: incidit in saluatorem. Inuenit sane in hoc molimine impudentis audacie dignum cooperatorem. dignumque consortem: cum impius Iudas maluit discipulus esse diaboli quam Apostolus Christi. quem non timoris perturbatio: sed pecunie cupiditate distraxit. **V**idete dilectissimi et prudenter inspicite: que germina et quales fructus de auaricie stirpe nascantur. quam merito Apostolus radicem omnium malorum esse definit: quia nullum peccatum sine cupiditate committitur. et omnis appetitus illicitus: istius audacitatis

78

est morbus. Amore pecunie uilis est omnis affectio. et anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit. nullumq; est in illo corde iusticie uestigium: in quo sibi auaricia facit habitaculum. hoc perfidus Iudas inebriatus ueneno dum sitit lucrum: peruenit ad laqueum. & tam stulte impius fuit: ut triginta argenteis et dominum uenderet et magistrum. Cum autem se ad excipiendum iniquitatis iudicium dei filius prebuisset: beatus Apostolus Petrus cuius fides ea deuotione feruebat: ut et domino compati paratus esset: et commori: ancilla sacerdotis calumniantis perterritus ex infirmitate periculum negationis incurrit. Ob hoc sicut apparet: hesitare permissus: ut in Ecclesie Principe remedium penitentie conderetur. et nemo auderet de sua uirtute confidere: quando mutabilitatis periculum nec beatus Petrus potuisset euadere. Dñs autem Iesus qui intra Pontificale consilium solo corpore tenebat: trepidationem discipuli foris positi diuino uidit intuitu. et pauētis animum mox ut respexit: erexit. & in fletus penitudinē incitauit. Felices sancte Apostole lachryme tue que ad diluendam culpam negationis: uirtutem sacri habuere baptismatis. Affuit enim dextera domi Iesu Christi que labentem te priusq̄ deicereris excipet. et firmitatem standi in ipso cadendi periculo recepisti? Vidit in te dominus non fidem fictam. non dilectionem auersam. sed cōstātrā fuisse turbatā. Abundauit fletus ubi non defecit affectus. et fons caritatis lauit uerba formidinis. nec tardatum est remedium abolitionis: ubi non fuit iudicium uoluntatis. Cito igitur in soliditatem suam rediit petra tantam recipiens fortitudinem: ut quod in Xpi expauerat passione: in suo post supplicio nō timeret. Amē.

De Passione domini eiusdem Sermo. X.

QUoniam multis modis dilectissimi Iudaea impietas laboraret: ut occasionem aliquam perpetrandi in dominum Iesum sceleris inueniret: et mendacia que falsi testes iniustis sacerdotibus famulando protulerant: nihil quod morte dignum esset: afferrent: hoc quasi insuperabile reppererunt: ut dominum mundi affectati regni inuidia perurgerent. Cūq; Pilatus Iesum quem frustra uidebat argui: uellet absoluere: calumniose et minaciter cōclamarūt: Si hunc dimittis: non es amicus Cesaris. Omnis enim qui se Regē facit: contradicit Cesari. **S**cultam insimulationem imprudenter

Pilate timuisti. si formidabile fuit nomen Regum: ut pro Impio
Cesaris opprimi debuerit noue molitio potestatis: si dominandi
consilium tyrannicus tibi prodidit apparatus: Si prouisio armioꝝ:
Si congregatio diuitiarum: Si presidia detecta sunt militum. quid
eum grauari sinis de affectata potentia: cuius specialis fuit de hu/
militate doctrina? Romanis legibus non cōtradixit. censū subit.
didrachma soluit: uectigalia non inhiuit: que dei sunt deo: et que
sunt Cesaris: Cesari reddenda constituit: paupertatem elegit. obe/
dientiam suasic. mansuetudinem predicauit. hoc est uere non im/
pugnare Cesarem. sed iuuare. **V**erum tamen ne in totum inanis
uideatur Iudeorum obiectio: discute diligentius Preses: quid de
domini Iesu operibus notum sit: quid de potestate copertum. cecis
uisum: surdis auditum: claudis gressum: mutis donauit eloquium.
febres abegit: dolores resoluit. demonia eiecit. mortuos uiuificauit.
mari et uentis ut quiescerent: imperauit. Magnum prorsus Regē
ista demonstrant: qui non humana excellit potentia: sed uirtute
diuina. hanc ergo Iudei obiciant potestatem: commutent accusa/
tionem suam. et hoc proferant ore: quod tenent corde. quare de
terrenis calumniantur: qui celestia persecuntur? **Q**uamuis ergo
Pilatus onerosum sibi inuidiosumq; sentiret: q̄ eum Iudei de ne/
glectu amicitie Cesaris impetebant: aliquandiu furorem ipsorum
mitigare conatus est. et ideo dominum Iesum diuersis contumelias
affici aut permisit: aut iussit: ut satiata iniquitas de innocētis iuribus
ulterius non seuret. Sed pertinax malicia proprius crescebat aug/
mentis. et in quē obtinuerat ius illusionis: exigebat et mortis. unde
cum et summi sacerdotes et Principes sacerdotum: oīsq; multitudo
crebris uocibus acclamarent: crucifige: crucifige: tradidit Iesum
persequentium uoluntati: Barraba illis latrone dimisso. ut qui in
die festo autorem interficiebant uite: impunitas eis prestaretur
homicide. **E**unte itaq; dilectissimi ad locum clarificationis dño:
et misericordia ab impiorum tabernaculis exeunte: ut adimplereē
quod scriptum est: Longe est a peccatoribus salus: sequebatur eū
multitudo populi: et mulierum plangentium et lamentantium eum.
Solet enim sexus infirmior etiam pro uis qui morte sunt digni: in
lachrymas commoueri. et damnatorum exitus pro nature cōmunis
consideratione misereri: Sed istum sibi planctū dominus Iesus
dedignatur impendi: quia non decebat luctus triumphum. nec la/
menta uictoriam. Deniq; conuersus ad eas: Filie iquit Hierusalē

nolite flere super me: sed super uosmetipsas et super filios uestros
 flere. quia uenient dies: in quibus dicent: Beate steriles et uentres q
 non genuerunt: et ubera que non lactauerunt. Vbi est tristitia
 crucifigendi? Vbi formido morituri? Non terret passuri animum
 hora supplicii. et docens nullam pro se flendi esse rationem: idcirco
 penitentiam: denunciando uindictam. Non est inquit quod dolere
 in me Hierusalem filie debeatis. pro uobis plangite. et pro uestris
 filiis eiulate. super illos fundantur isti ploratus: quos tales uiscera
 uestra pepererunt. Lugendum uobis plane est non de Salvatore
 credentium. sed de impietate et temeritate pereuntium. Ego crucem
 uolens patior. et mortem in me quam sum perempturus: admitto.
 Nolite flere pro mundi redemptione morientem: quem in maiestate
 patris uidebitis iudicantem. Exaltatus autem Christus Iesus in ligno
 retorfit mortem in mortis autorem. et omnes principatus aduer/
 sasque uirtutes: per objectionem passibilis carnis elisit. admittens in
 se antiqui hostis audaciam: qui in obnoxiam sibi se uendo naturam:
 etiam ibi exactor ausus est esse debiti: ubi nullum potuit ue/
 stigium inuenire peccati. Euacuatum est igitur illud generale
 uenditionis nostre et letale cyrographum. et pactum captiuitatis
 in ius transit redemptoris. Clauis illi qui manus domini pedesque
 transfoderant: perpetuis diabolum fixere uulneribus. et sanctorum
 pena membrorum inimicarum fuit interfectio potestatum: Sic
 suam Christo consumante uictoriam: ut in ipso et cum ipso omnes
 qui in eum crederent: triumpharent. Cum ergo dominus crucifixi
 corporis eleuatione sublimis reconciliationem mundi exequeretur
 in quadam arce supplicii: latronemque conuersum ad paradisi uocaret
 habitaculum: uos principes Iudeorum: legisque doctores: nec con/
 scientie impietate compuncti: nec affectu sceleris mitigati: fixuris
 clauorum addebatis tela linguarum: dicentes: Alios saluos fecit:
 seipsum non potest saluum facere. Si Rex Israel est: descendat
 de cruce: et credimus ei. Sed his uocibus uestris stultis atque blasphemis
 reddunt omnia elementa responsum. et unam in uos sententiam
 ferunt celum: terra: sol: syderaque: indignos uos suo ministerio
 prestantes terribili motu: insolitoque defectu tenebras mundo uestre
 cecitatis ostendunt. Quod si ad arguendum uos nec celestia nec
 inferna sufficiunt: et crucem Christi magis potuerunt petre atque mo/
 numenta quam corda uestra sentire: saltem quod in templo actum est

scienter aduertite. Velum cuius obiectu includebantur sancta
sanctorum a summo usq; ad ima diremptum est. et sacrum illud
mysticumq; secretum: quod solus summus Pontifex iussus fuerat
intrare. reseratum est: ut nihil iam esset discretionis. ubi nihil
resederat sanctitatis. ¶ Repudiatos itaq; uos debuistis agnoscere.
et omne ius sacerdotu perdidisse. quia uerum erat quod ueritas
uobis dixerat: Si crederetis Moyse: crederetis et mihi. Merito
ergo uos testamentum utrunq; condemnat: et gratia uacuat
et lege priuat. qui ideo restitistis nouis: quia non credidistis
antiquis. ¶ Nos autem dilectissimi qui ab ignorantie tenebris
liberati: fidei lumen accepimus: et in noui testamenti heredita/
tem: per electionem adoptionis intrauimus: in festiuitate quam
carnalis Israhel perdidit: gaudeamus: quoniam pascha nostrum
immolatus est Christus: per cuius ineffabilem gratiam omnium
charismatum benedictione ditamur. et in nouitatem a uetustate
transferimur. ut non solum paradisi restituamur habitaculo:
sed etiam regni celestis glorie preparemur. ¶ Adiuuante domino
nostro Iesu Christo qui cum patre et sancto spiritu uiuit et re/
gnat in secula seculorum. Amen.

¶ De Passione domini eiusdem Sermo. XI.

Desiderata nobis dilectissimi et uniuerso optabilis mundo
adest festiuitas dominice passionis. que nos inter exulta/
tiones spiritualium gaudiorum silere non patitur. ¶ Quia et si
difficile est de eadem sollempnitate sepius digne apteq; disserere:
non est tamen liberum sacerdoti: in tanto diuine misericordie
sacramento fidelibus populis subtrahere sermonis officium: cum
ipsa materia ex eo quod est ineffabilis: fandi tribuat facultatem:
nec possit deficere quod dicatur: de qua nunquam potest satis
esse: quod dicitur. Succumbat ergo humana infirmitas glorie dei.
et in explicandis operibus misericordie eius: imparem se semper
inueniat. ¶ Laboremus sensu. hereamus ingenio. deficiamus elo/
quio: bonum est ut nobis parum sit: quod etiam recte de domini
maiestate sentimus. Dicente enim Propheta: Querite dominum et
confirmamini: querite faciem eius semp: Nemini presumendum est quod
totum quod querit: inuenit: ne desinat propinquare: quod cessarit: accedere.

Quid autem inter omnia opera dei: in quibus humane admirationis
 fatigatur intentio: ita contemplatione mentis nostre & oblectat:
 et superat: sicut passio Saluatoris? de cuius omnipotentia: qui ei cum
 patre unius & equalis essentie est: quoties ut possumus: cogitamus:
 mirabilior nobis fit in deo humilitas: quam potestas. & difficilius capere
 diuine maiestatis exinanitio: quam seruilis forme in summa prouectio.
 Sed multum nos ad intellectum iuuat: quod licet aliud sit creator:
 aliud creatura: aliud deitas inuolabilis: aliud caro passibilis: in
 unam tamen personam concurrat proprietates utriusque substantie:
 ut siue in infirmitatibus: siue in uirtutibus eiusdem sit contumelia:
 cuius et gloria. ¶ Hac fidei regula dilectissimi quam in ipso exordio
 Symboli. per auctoritatem Apostolicam institutionis accepimus: dominum
 nostrum Iesum Christum quem filium dei patris omnipotentis unicum
 dicimus: eundem quoque de spiritu sancto natum ex Maria uirgine
 confitemur. Nec ab eiusdem maiestate discedimus: cum ipsum crucifixum
 et mortuum tertia die credimus suscitatum. Omnia enim que dei
 sunt: & que hominis: simul & humanitas & deitas expleuit: ut dum
 passibili impassibilis inest: nec uirtus infirmitate affici: nec infirmitas
 possit uirtute superari: merito beatus Apostolus Petrus in huius uni/
 tatis confessione laudatus est: quod cum dominus quod de ipso intelligeret
 discipuli: scrutaretur omnium celerrime ora preueniens: Tu es inquit
 Christus filius dei uiui: quod utique non reuelante uidit carne uel
 sanguine: quorum obiectu interiores oculi poterant impediri. Sed
 ipso spiritu patris in corde operante credentis. ut ad regimen totius
 Ecclesie preparatus. primum disceret: quod doceret. & pro soliditate
 fidei quam erat predicaturus: audiret: tu es Petrus. & super hanc
 petram edificabo ecclesiam meam. & porte inferi non preualebunt
 aduersus eam. Christiane igitur fidei fortitudo que portas mortis
 super inexpugnabilem petram edificata non metuit: unum dominum
 Iesum Christum. & uerum deum & uerum hominem confitetur. eundem
 credens filium uirginis qui autor est matris: eundem natum in fine
 seculorum: qui creator est temporum. eundem omnium dominum
 uirtutum: & unum de stirpe mortalium: eundem peccati nescium:
 et in similitudinem carnis peccati pro peccatoribus immolatum: quod
 ut humanum genus uinculis mortifere preuaricationis absolueret:
 et seueri diabolo potentiam sue maiestatis occultauit: & infirmitatem
 nostre humilitatis obiecit. Si enim crudelis & superbus inimicus con/
 filium. misericordie dei nosse potuisset: Iudeorum animos mansuetudine

potius temperare q̄ iniustis odus studuisset accendere: ne omnium captiuorum amitteret seruitutem: dum nihil sibi debentis p̄sequit̄ libertatem. Fefellit ergo illum malignitas sua. intulit supplicium filio dei: quod cunctis filius hominum in remedium uerteretur. Fudit sanguinem iustū qui reconciliando mundo. & precū eēt. et poculū. Suscepit dominus quod sc̄dm̄ propositū sue uolūtatis elegit. Admisit in se impias manus furentium: que dum proprio incumbunt sceleri famulare sunt redēptori: cuius etiā circa interfectores suos tanta erat pietatis affectio. ut de cruce supplicans patri se non uindicari: sed illis postularet ignosci: dicens. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. de cuius utiq; orationis potentia fuit: ut predicatio Apostoli ex eis qui dixerūt: Sanguis illius super nos & super filios nostros multorū ad penitentiā corda conuerteret: & uno die baptizarentur tria fere milia Iudeorū: fieretq; omnium cor unum: & anima una: paratorum iā pro eo mori: quem poposcerant crucifigi. Ad hanc indulgētiā traditor Iudas peruenire non potuit: quoniā perditionis filius cui diabolus stabat a dextris: prius in desperationem transit: q̄ sacramentum Christus generalis redemptionis implet. Nā p̄ omnibus mortuo impius domino potuisset etiā hic conseq̄ remediū: si nō festinasset ad laqueum. Sed maligno cordi nunc furtilis fraudum dedito nūc parricidalibus commerciis occupato: nihil unquam documentorū misericordie Saluatoris infederat: nec piis accepat auribus domini uerba dicentis: Non ueni uocare iustos: sed peccatores. & filius hominis uenit querere & saluare quod perierat. Nec intellexerat clementiam X̄pi: qui nō solū corporeis infirmitatibus medebat: sed etiā uulnera debiliū curabat animarū. dicēs paralytico sanato. Confide fili: remittūtur tibi peccata tua. & oblate sibi aduētere: nec ego te condemnabo: uade & amplius noli peccare: ut p̄ omnia opera sua ostēderet. in illo aduētu suo Saluatorē mūdi se uenisse nō iudicē. A quo intellectu alienatus impius traditor insurrexit in semet ipsum: nō iudicio penitentis: sed furore pereuntis. ut qui uite autorē interfectoibus uendidisset: in augmentū damnatiōis sue etiam moriendo peccaret. Quod ergo falsi testes qđ cruenti Principes. & ipi sacerdotes in domini Iesu X̄pi misterio ignauia Presidis & famulatu imperite cohortis egerunt: & detestandum uniuersis seculis & amplectendū fuit. Crux enim domini sicut in Iudeorū erat mente crudelis: ita est in crucifixi uirtute mirabilis.

furit in unum populos. & miseretur omnium Xpus. quod seuitia inferet: potestate suscipit. ut licetia facinoris eterne opus impleat uoluntatis. Vnde omnis ordo reru gestaru que plenissime Euangelica narratio pcurrit: ita fidelium e accipiendus auditu: ut salua fide actionu que tēpore dominice passionis implete sunt: intelligamus nō solū remissionē peccatorū in Xpo completā sed etiam formā iusticie eē ppositā. uerū ut hoc diligentius iuuāte domino differat: hec sermōis portio in quartā sabbati reseruet. Aderit: ut speramus gratia dei: que nos orātibus uobis faciat pmissa cōplere. per Xpm dominum nostrum. Amen.

De passiōe & resurrectiōe domini eiusdē sermo. XII.

OMnia quidem tempora dilectissimi Christianorum animos sacramēto dominice passionis & resurrectiōis exercent. neque ullum nostre religionis officium est: quo nō tā mūdi recōciliatio q̄ humane in Xpo nature assumptio celebret. Sed nūc uniuersā Ecclesiam maiore intelligentia instrui: & spe feruentiore oportet accendi: quādo ipsa rerum dignitas ita sacratorū dierum recursu et paginis euangelice ueritatis exprimitur: ut pascha domini non tam preteritum recolī: q̄ presens debeat honorari. In nullo igitur ab illis que ad crucem Iesu Christi pertinet: fidei nostre pegrinet intuitus. & nihil eorū que narratione euangelii retexunt: ocioso capiamus auditu. ut quia non defuerunt: nec adhuc desunt: qui ueritatē dominice incarnationis impugnet: & q̄ in utero Virginis matris Marie uerbum caro factū est: q̄ infās editus p incrementa corporea: ad perfectē uirilitalis profecit etatē: qd̄q; crucifixus mortuus ac sepultus die tertia resurrexit: in nostre qdē imaginis forma: sed nō in nostre carnis asserant gestum esse natura. Nos ab Euangelicis. & Apostolicis testimoniis nullatenus recedentes eorum intelligētia roboremur: quorum nos certissima expimenta docuerunt: ut pie atq; constanter possumus dicere: quoniam in illis & nos eruditi sumus. & qd̄ uiderūt: uidimus. & qd̄ cōrectauerunt: palpauimus. Et ideo ī passiōe domini nō conturbamur: qa in generatiōe nō fallimur. Scimus etenim dilectissimi & toto corde profitemur patris & filii & spiritus sancti unā esse deitatē. et inconstitūtalem sempiternę trinitatis essentiam in nullo a se diuisam esse. qa simul est intemporalis: simul est incommutabilis: simul quod est esse non desinens. In hac autem ineffabili unitate

trinitatis cuius in omnibus communia sunt opera atque iudicia: reparationem
humani generis proprie filii persona suscepit: quoniam ipse est per
quem omnia facta sunt: & sine ipso factum est nihil: quique plasmatum
de limo terre flatu uite rationalis animauit. Idem naturam nostram
ab eternitatis arce deiectam amisse restitueret dignitati & cuius
erat conditor: etiam esset reformator. Sic consilium suum dirigens in effectum
ut ad dominationem diaboli destruendam. magis uteretur iusticia rati/
onis: quam preterite uirtutis. Quia ergo primi hominis uniuersa posteritas
uno simul uulnere sauciata corruerat: nec ulla sanctorum merita
conditionem poterant illare mortis euincere: uenit e celo medicus
singularis multis sepe significationibus nuntiatus: & Prophetica diu
pollitacione promissus: qui manens in forma dei & nihil proprie
maiestatis amittens in carnis nostre animeque natura sine conuersione
antique peruersionis oriretur. Solus enim beate uirginis natus est
filius absque delicto: non extraneus ab hominum genere: sed alienus
a crimine. in quo illius ad imaginem & similitudinem dei conditi et
perfecta esset innocentia: & uera natura. Cum de Ade propagine
unus existeret: in quo diabolus. quod suum diceret: non haberet: qui
dum in eum seuit: quem sub peccati lege non tenuit: ius impie damnationis
amisit. Effusio enim pro iniustis sanguinis iusti tam potens fuit ad
priuilegium: tam diues ad precium: ut si uniuersitas captiuorum in
redemptorem suum crederet: nullum tyrannica uincula retinerent:
quonia sicut ait Apostolus: ubi abundauit peccatum: superabundauit
et gratia. Et cum sub peccati preiudicio nati potestatem acceperunt ad
iusticiam renascendi: ualidius donum factum est libertatis: quam debitum
seruitutis. quia itaque in huius sacramenti presidio spem relinquunt: qui
in Saluatoris nostri corpore negant humane substantie ueritatem?
Dicant quo sacrificio reconciliati? quo sanguine sint redempti? Quis
est: qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam in odorem
suauitatis? Aut quod unquam sacrificium sacratius fuit: quam quod Pontifex
uerus altari crucis pro immolatione sue carnis imposuit? Quamuis enim.
in conspectu domini multorum sanctorum preciosa fuerit mors. nullius
tamen insolitis occasio precipitatio fuit mundi. Acceperunt iusti: non dede-
runt coronas. & de fidelium fortitudine exempla nata sunt patientie: non
dona iusticie. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt: nec alterius
quisquam debitum suo funere soluit: cum iter filios hominum solus dominus
noster Iesus extiterit: in quo omnes crucifixi: omnes mortui: omnes
sepulti: omnes etiam sunt suscitati. de quibus ipse dicebat. cum exaltatus

fuero: omnia trahā ad meipsum. Fides enim uera iustificans impios
 et creans iustos a nature sue tracta particeps in illo acquirit salutē:
 in quo se inuenit innocentē. Et quia unus ē mediator dei & hominum
 homo Iesus Christus per communionē sui generis ad pacē peruenit
 deitatis. Liberū habēs de eius potētia gloriari: quod cōtra hostē su-
 perbum in carnis nostre infirmitate cōgressus: uel uictoriā suam
 tribuit: in quorū corpore triumphauit. Cum igitur in uno domino
 nostro Iesu Christo uerbo dei atque hominum filio diuinā confitemur de
 patre naturā: humanam de matre substantiam: licet uerbi dei &
 carnis una persona sit: nō una substantia: & utraq; essētia cōmunes
 habeat actiōes: intelligende tamē sūt ipsorū operū qualitates. et
 sincere fidei contēplatione cernendū ē: ad que p̄uebat humilitas
 infirmitatis. & ad que inclinēt alitudo uirtutis. Quid sit: quod
 caro sine uerbo non agit. & quid sit: quod uerbum sine carne nō efficit.
 Sine potētia enim uerbi nec concipet uirgo: nec pareret. & sine
 ueritate carnis obuoluta pannis infantia nō iaceret. Sine uerbi
 potētia nō adoraret magis puerū nouo sidere declaratum: & sine
 ueritate carnis nō iuberet puer in Egyptū trāsseri: quē Hero-
 des cupiebat occidi. **S**ine uerbi potentia non diceret uox patris
 missa de celo: hic ē filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacuit.
 et sine ueritate carnis nō prestaretur Iohannes: Ecce agnus dei.
 ecce qui tollit peccata mundi. Sine uerbi potētia nō fieret redinte-
 gratio debiliū: & uiuificatio mortuorū. & sine ueritate carnis
 nec cibus ieiunio. nec sōnus esset necessarius fatigato. **P**ostremo
 sine uerbi potentia nō se dominus patri p̄fiteret equalem: & sine
 ueritate carnis nō idem diceret patrē se esse maiore: cū catholica
 fides utrūq; suscipiat: utrūq; defēdat. que scđm p̄prietatem diuine
 humaneq; substantie. unū dei filium & hominē credit. & uerbum.
 Multa sunt dilectissimi que ad expositionē huius quā p̄dicamus
 fidei de toto scripturarum corpore possemus assumere: quia nihil
 sepius diuinis commendat eloquiis: quod dei filius scđm deitātē sempiternus
 ex patre. & idem scđm carnem temporalis ex matre. Sed
 ne caritatis uestre fatigetur auditus: hodierno sermōi adhibēdus
 est modus. ut quarta sabbati que sunt adicienda seruemus. auxiliante
 domino nostro Iesu Christo qui cū patre. & spiritu sancto.
 uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

De passiōe & resurrectione domini eiusdē sermo. XIII.

Evangēlica lectio dilectissimi que sacratissimam dominice passionis referauit historiam: ita uniuersę Ecclesię nota est de cōmuni frequenter auditu: ut rerū gestarū ordinem tanq̄ sub uestris habitū oculis singuli quiq; recolatis. Nec parū estimādi sūt profecisse: q̄ de iis que audiūt: nō dubitāt ut etiā si nondū liq̄de aliq̄d ualeant scripturarū cape sacramentū: firmissime tñ credant in diuinis libris nullū eē mendaciū. Quia ergo sincere fidei p̄missa est intelligentie plenitudo: erigat se ad p̄merendā spiritus sancti eruditionē illuminatarū mentium uigor. & nō contētus sit facti ordinē nosse: nisi etiā ipsā rationē sp̄ense sibi pietatis inspiciat: ut autorē suū humana natura sciēdo quantū ab eo sit dilecta: plus diligit. Miserendi enī nostri causā deus nisi in sua bonitate non habuit. Et mirabilior ē secūda hoīm generatio: q̄ prima cōditio. q̄a plus ē in nouissimis seculis reparasse deū q̄d pierat: q̄ a p̄ncipio fecisse: q̄d nō erat. Libertatē itaq; innocētie naturalis quā p̄moꝝ parentū p̄uaricatione pdidimus: nulla p̄ se sanctorū precedentū merita receperūt: q̄a lata in trāsgressores sententia omnē p̄geniē captiue posteritatis obstrinxit. & nemo extitit exors a dānatione: q̄a nullus fuit liber a crimine. Sed redēptio Saluatoris destruens opus diaboli & rumpens uincula peccati: ita imagine pietatis sue disposuit sacramētū: ut usq; ad consūmationē q̄dem mūdi p̄finita generationum plenitudo decurreret: Sed renouatio originis per iustificationē indiscrete fidei ad omnia retro secula p̄tineret. In carnatio q̄ppe uerbi & occisio ac resurrectio X̄pi uniuersorum fidelīū salus facta ē. & sanguis unius iusti quē nobis pater donauit: q̄ eū p̄ recōciliationē mūdi credimus fusū: hoc cōtulit patribus: q̄ similiter credidere fundendū. Nihil ergo dilectissimi ab antiq̄s significatiōibus in X̄piana religiōe diuersū ē. nec unq̄ a p̄cedentibus iustis nisi ī dño Iesu X̄po sperata saluatio ē: dispēsatiōibus quidē p̄ diuine uolūtatis ratiōe uariatis: sed ī idipsū coruscātibus et legis testimonis & p̄phęcie oraculis & oblationibus hostiarum. q̄a sic cōgruebat illos populos erudiri: ut que reuelata nō capent obūbrata suscipent. & maior Euāgelii eēt autoritas: cui tot signis totq; miraculis atq; mysteris ueteris testamēti pagine deseruissent. de quibus dominus p̄fitebat: q̄d nō uenerat legē soluere: sed adimplere. **N**on estimet sibi prodesse Iudeus qui in littere carnaliter sup̄ficie demorat. & iis scripturis conuincit: que apud nos ueram sui obtinēt dignitatē. dū & erudimur p̄dictis: & dicamur impletis.

dicēte enim domino: Cum exaltatus fuero: omnia traham ad me:
 nihil legalium instructionū nihil propheticarū reledit figurarū:
 qđ non totū in Xpi sacramenta transierit. Nobiscū ē signaculū
circumcisionis. sanctificatio charismatū. consecratio sacerdotum.
Nobiscum puritas sacrificii. baptismi ueritas. honor templi. ut
cessarent nuntii: postqđ nūtiata uenerunt. Nec uacuāt reuerētia
promissionū: qđ plenitudo manifestata ē gratiarū. Verum sicut
 ait Apostolus: Cecitas in Israel ex pte facta ē. nec qđ filii carnis
ii filii sunt pmissionis: ineffabilis misericordia dei Israeliticum sibi
populū de omnibus natiōibus fecit. & saxeo illo gentiliū rigore
mollito ueros Abrahe filios excitauit: ut conclusis omnibus sub
peccato qui carne nati sunt: spiritu renascentē. nec interfit: quo
patre sit quisqđ genitus: cū per indiscretā unius fidei confessionē
et fontis baptismatis faciat innocētes: & electio adoptionis cōfirmet
heredes. Quid enī aliud agit crux Xpi: qđ ut destructis inimicis
 et reconciliet mūdus deo: & p sacrificiū immaculati agni uerā in
 pacē cuncta reuocent. Nō aut cōcordat deo: qui ab ea quam in
 generatione sua edidit: p fessione dissentit. diuini imemor pacti
 inherere ostendit renuntiat: dū resilire inuenit a creditis. Fru/
 stra enim Xpianū nomē sibi usurpat: & nequaqđ estimet se Pascha
 domini celebrare: qđ Iesū Xpm ī ea qua natus ē & passus & mor/
 tuus & sepultus carne resurrexisse nō credit: & nostre ī illo nature
 resuscitatae primicias non fateat. Verus itaq; uenerator dominice
 passionis sic crucifixū Iesū oculis cordis aspiciat: ut illius carnem
 suā eē cognoscat. Contremiscat in redēptoris sui supplicio terrena
 substantia. rumpanē infidelū mentiū petre. & qui mortalitatis
 grauabāt sepulchris discussa obstaculoꝝ mole p siliāt. Appareāt
 quoq; in ciuitate sãcta ī ecclesia dei future resurrectionis indicia.
 et qđ gerendū ē in corporibus fiat in cordibus. Nulli infirmorū
 crucis ē negata uictoria. nec quisqđ ē: cui nō Xpi auxiliēt oratio
 Que si multis in eū seuentibus pfuit: qđtomagis eos qui ad ipsum
 cōuertunt: adiuuabit. Sublata ē ignorātia. tēperata ē difficultas
 et igneā illam qua uite regio erat inclusa: rompheam sacer Xpi
 sanguis extinxit. uere luci antique noctis cessit obscuritas inui/
 tatur ad paradisi diuitias populus Xpianus. & cūctis regeneratis
 ad amissā patriā patefactus ē reditus. si nemo sibi illa uia faciat
 claudi: que fide latrōis potuit aperiri. Celebrātes igit dilectissimi
 Paschalis festi ineffabile sacramentū agnoscamus docente spiritu

dei ad cuius glorie participationē uocati & ad quam spem simul
ingressi. Nec ita nos nūc anxie nūc supbe p̄sentis uite occupent
actiones: ut nō toto cordis affectu confirmari redēptori nostro
per illius exempla nitamur. Nihil enim nō ad nostrā salutē aut
egit: aut p̄tulit: ut uirtus que ierat capiti: inesset etiā & corpori.
Nā primū ipsa substātie nostre in deitate susceptio qua uerbum
caro factū est: & habitauit in nobis: quem hominē misericordie
sue nisi infidelē reliquit exortem? Et cui nō cōmunis cū X̄p̄o ē:
si assumētē recipit: & eo spiritu ē regeneratus: quo ille p̄genitus.
Deinde quis in illo suas nō agnoscat infirmitates? quis perceptionē
cibi: regetionem somni: sollicitudinē mestitudinis: lachrymas pie/
tatis: nō uideat forme fuisse seruilis? Que qm̄ ab antiq̄s sananda
uulneribus & a colluuiōe erat purganda peccati: Ita unigenitus
dei etiā homis factus est filius: ut & omni humanitatis ueritate et
diuinitatis plenitudine nō careret. Sicut itaq; nostrū est quod cū
uirtute deitatis peperit materna uirginitas: ita nostrū est qđ et
Iudaica crucifixit impietas. nostrū ē qđ exanime iacuit. & quod
die tertia resurrexit. quodq; super omnes altitudines celorum ad
dexterā paterne maiestatis ascendit. ut si per uia mandatorū eius
incedimus: & si que in humilitate corporea nostre impedit saluti:
non erubescamus cōfiteri. Nos quoq; in glorie eius consortiū pue/
hamur. qm̄ manifeste qđ nūciauit: implebit. Omnis q cōfitebitē
me corā hominibus: & ego cōfitebor eū corā patre meo qui in celis
est. Huic autē cohortationi nostre adest atq; auxiliat̄ gratia dei:
que incarnationis X̄pi & mortis ac resurrectionis eius inimicos
reuelata per omnes ecclesias ueritate destruxit: ut totius mundi
fideles cum Apostolice fidei autoritate concordēs una nobiscum
exultatiōe gauderēt. dicēte beato Paulo an ignoratis: qđ qđq;
baptizati sumus in Christo Iesu: in morte ipsius baptizati sumus?
Consepulu enim sumus cum ipso per baptismum in mortem: ut
quomodo surrexit X̄pus a mortuis p̄ gloriam patris: ita & nos
in nouitate uite ambulemus. Si enim cōplācati facti sumus simi/
litudinē mortis eius: simul & resurrectionis erimus: hoc scientes qđ
uerus homo noster simul crucifixus ē: ut destruat̄ corpus peccati:
ut ultra nō seruiamus peccato. Qui enim mortuus ē: iustificatus
est a peccato. si autem mortui sumus cum Christo: credimus quia
etiam simul uiuemus cum illo. Qui uiuit & regnat cum patre et
spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

De passiōe & resurrectione dñi eiusdē sermo. XIII:

GLoria dilectissimi dominice passiōis de qua nos etiam hodie locuturos eē pmissimus: humilitatis maxie ē mirāda myste-
 rio: que omnis nos & redemit: & docuit: ut unde datū ē precium inde & iusticia sumeret. Omnipotentia enī filii dei que p eandem essentiam eqlis est patri: potuisset humanū genus a dñatu diaboli solo impio sue uoluntatis eruere: nisi diuinis opibus maxime cō-
 gruisset: ut neqcie hostilis aduersitas de eo qđ uicerat: uinceret. et p ipsā materiā naturalis repet libertas: p quā generalis fuerat illata captiuitas. Dicēte aut Euangelista qđ uerbū caro factum est: & habitauit in nobis: & dicēte Apostolo qđ deus erat in Xpō mundū recōcilians sibi: ostensū ē: qđ unigenitus sūmi patris tale inuit cū humana humilitate consortiū: ut suscepta nostre carnis anieq; substātia unus atq; idē dei filius pmaneret nostra augēdo nō ppria. qđ infirmitas erat puehēda nō uirtus. ut cū suo crea-
 tore creatura esset unita: nihil assumpto diuinum nihil assumptū deesset humanū. Hoc cōsiliū humane misericordie & iusticie dei licet in pteritis seculis qbusdā uelaminibus erat obumbratū: non tamē ita tectū ē: ut sanctorū q ab initio usq; ad aduentū domini laudabiles extiterūt: intellectui negaret. cū & Prophetis uerbis et rerū gestarū significationibus salus que in Xpō erat uentura: promissa sit. quā nō solū q predicabant: adepti sūt: sed omes etiā q pdicantibus crediderūt. Vna enī fides iustificat uniuersorū tpm sanctos. & ad eandē spē fidelū p̄tinet: q̄cquid p mediatorē dei et hoīm Iesū Xpm uel nos cōfitemur factū: uel patres nostri ad-
 rauere faciendū. Nec inter Iudeos atq; gētiles ulla ē distinctio. Siquidē sicut ait Apostolus: Circuncisio nihil ē ac prepuaiū nihil ē: sed obseruatio mandatoꝝ dei. que si cū integritate fidei seruēt: ueros Abrahe filios: id est pfectos faciunt Xpianos: dicēte Apo-
 stolo eodē. Quicūq; enī in Xpō Iesu baptizati estis: Christum induistis. Nō ē Iudeus neq; Grecus nō ē seruus neq; liber. nō est masculus neq; femina. omnes. n. unū estis in Xpō. Si autem uos Xpi: ergo Abrahe semē estis scđm pmissionē heredes. Nō ergo ē dubiū dilectissimi naturā humanā in tantā connexionem a filio dei esse susceptā: ut nō solū in illo hōie qui est pmogenitus totius creature: sed etiā in omnibus sanctis suis unus idēq; sit Xpus. et sicut a mēbris caput: ita a capite mēbra diuidi nō possūt. Quāuis

enim non istius uite sit sed eeterne: ut sit deus omnia in omnibus: tamē mō etiā tēpli sui qđ ē Ecclesia in diuisus habitator ē: scđm qđ ipse p̄misit dicens: Ecce ego uobiscū sū omnibus diebus usq; ad cōsūmationē seculi. qbus Apostolus cōsonans ait: Ipse est caput corporis Ecclesie qđ ē principiū: p̄mogenitus ex mortuis: ut sit in om̄ibus ipse primatū tenēs. qā l̄ ipso cōplacuit omnē plenitudinē diuinitatis habitare. & per eū recōciliari omnia in ipso. Is autē et alius pluribus exēplis & testimoniis qđ insinuat cordibus nostris: nisi ut per omnia ad imaginē eius renouemur? qđ p̄manēs i forma dei carnis peccati forma fieri dignatus ē. Omnes enim infirmitates nostras que ueniūt de peccato absq; peccati cōmuntione suscepit: ut & famis & sitis & somni & lassitudinis meroris ac fletus affecti/ onibus non careret. **Doloresq;** seuisimos usq; ad mortis extrema pateret: quia nemo posset laqueis mortalitatis absolui: nisi ille in quo solo innocens erat natura omniū: sineret se interfici manibus impiorū. Vnde Saluator noster filius dei uniuersis in se credētibus & sacramentū cōdidit: & exemplum. ut unū apprehēderent renascēdo. alterū sequerentur imitādo. Hoc enim docet beatus Petrus Apostolus dicēs: X̄pus passus ē p̄ nobis: uobis relinquens exemplū ut seq̄mini uestigia eius. qđ peccatū nō fecit. nec inuētus ē dolus in ore eius. Qui cū malediceret: nō maledicebat: cū pate/ retur: nō comminabat. Tradebat autem iudicātū se iniuste. quia peccata nostra ipse p̄tulit in corpore suo super lignū: ut peccatis mortui iusticie uiuamus. Sicut ergo nemo ē credentiū dilectissimi cui dona negāda sint gratie: Ita nemo ē: qđ non sit Christiane debitor discipline. qā & si remota ē iusticie legis asperitas. uolū/ tarie tamē obseruātie creuit utilitas: dicēte Euāgelista Iohāne: Quia lex per Moysē data ē. gratia autē & ueritas p̄ Iesū X̄pm facta ē. Omnia enī que scđm legē siue in circūcisione carnis siue in diuersitatibus hostiarū siue in Sabbati obseruātia p̄cesserunt: X̄pm testificata X̄pi sūt gratiā p̄locuta. Et ipse ē filius nō eua/ cuādo significatiōes ipsius: sed iplēdo. qđ licet idē sit autor ueterū qđ nouarū figurarū: tamē p̄missionū sacramenta mutauit: qā p̄missa perfecit. & denūciationibus cessationē imposuit: qm̄ denuntiatus aduenit. In p̄ceptis autē moralibus nulla prioris testamēti decreta reprobata. sed Euāgelico magisterio multa sunt aucta. ut per/ fectiora & lucidiora essēt dantia salutē: qđ p̄mittentia saluatorem. Omnia igitur que dei filius ad reconciliationem mūdi & fecit: et

docuit: non in historia tantum preteritarum actionum nouimus: sed etiam in presentium operum uirtute sentimus. Ipse est qui de spiritu sancto ex matre editus uirgine incontaminata Ecclesiam suam eadem inspiratione fecundat. ut per baptismatis partem innumerabilis filiorum dei multitudo gignatur: de quibus dicitur: Qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri sed ex deo nati sunt. Ipse est in quo semine Abrahe totius mundi adoptioe benedicitur. & fit Patriarcha gentium pater: dum promissionis filii fide non carne nascuntur. Ipse est qui nullius gentis exceptionem faciens de omni natione que sub celo est: unum sanctarum ouium efficit gregem. & quotidie implet: quod promiserat: dicens: habeo alias oues: que non sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere: & uocem meam audient: & fiet unum ouile. et unus pastor. Quamuis enim beato Petro principaliter dicat: pasce oues meas: Ab uno tamen domino ipsa omnium regit cura Pastorum. et ueniens ad petram tam letis tam irriguis pascuis alit: ut innumere oues dilectionis pinguedine roborate: sicut bonus Pastor dignatus est pro ouibus suis animam ponere: ita & ipse non dubitet pro nomine Pastoris occubere. Ipse est enim cui non solum gloriosa Martyrum fortitudo sed etiam omnium renascentium fidelium in ipsa regeneratione compatitur. Dum enim renuntiat diabolo: & credit deo: dum in nouitate a uetustate transit: dum terreni hominis imago deponitur: & celestis suscipitur: quedam species mortis & quedam similitudo resurrectionis interuenit: ut susceptus a Christo Christusque suscipiens non idem sit post lauacrum: qui ante baptismum fuit. sed corpus regenerati fiat caro crucifixi. Hec commutatio dilectissimi dextre excelsi est: qui operatur omnia in omnibus: ut in singulis fidelibus per bone conuersationis qualitatem ipsum priorum operum intelligamus: auctorem gratias agentes misericordie dei: Qui innumeris charismatum donis ita uniuersum Ecclesie corpus exornat: ut per multos unius hominis radios idem ubique splendor appareat. nec possit nisi gloria esse Christi cuiuslibet meritum Christiani. Hoc est uerum lumen: quod omnem hominem iustificat. hoc est illud: quod eruit de potestate tenebrarum: & transfert in regnum filii dei. hoc est quod per nouitatem uite desideria animi perhibet: & concupiscentias carnis extinguit. **H**oc est per quod Pascha domini in azymis sinceritatis & ueritatis legitime celebratur: dum fermento ueteris malicie abiecto noua creatura de ipso domino inebriatur: et pascitur. Non enim aliud agit participatio corporis & sanguinis Christi: quam ut in id quod sumimus: transeamus. et in quo commortui

et consepulti & conresuscitati sumus: ipsum per omnia & spiritu et carne gestemus: dicente Apostolo: Mortui enim estis: & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Cum enim Christus apparuerit uita uestra: tunc & uos cum Christo apparebitis in gloria. qui cum patre et spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

De passione & resurrectione domini eiusdem sermo. XV:

Sermonem dilectissimi de gloriosa domini nostri Iesu Christi passione promissum ita expectationi uestre intelligo esse reddendum: ut officium differendi & festo Paschali conueniat: & ausibus impii erroris occurrat. Qui enim dei filium ueram nostre carnis negare suscepisse naturam: inimici sunt fidei Christiane. & Euangelicam predicationem nimis impudenter spugnant. ut secundum ipsos crux Christi aut simulatio fuerit phantasma: aut supplicium deitatis. quod a cordibus piorum longe est repellendum: quia catholica integritas nec maculam perfidie: nec rugam posset habere mendacii: que unum Christum sicut deum sic hominem confiteatur. ut nec falsum hominem. nec deum dicat fuisse passibilem. Quamuis ergo ab illo initio quo in utero uirginis uerbum caro factum est: nihil unquam inter diuinam humanamque substantiam diuisionis extiterit: & per omnia incrementa corpora unius persone fuerint totius temporis actiones: ea ipsa tamen que inseparabiliter facta sunt: nulla promixtione confundimus. Sed quod cuius nature sit: ex operum qualitate sentimus. nec enim diuina humanis prouidetur: nec humana diuinis. cum ita in idipsum utraque concurrant: ut in eis nec proprietas absumatur: nec persona geminetur. Transcursum igitur uel que passionem domini precesserunt: quod documentorum habeat sacramentum Paschale tractemus. Nam exardescente ad effectum sui sceleris seuitia Iudeorum: cum deus esset in Christo mundum reconcilians sibi: nulla uis templo corporis eius: nisi ipse promitteret: potuisset inferri. Si quidem terribilis militum cohors illa & a principibus & Phariseis cum gladiis et fustibus missa multitudo ita una domini uoce percussa est: ut cum turbe dixissent. Iesum se querere nazarenum: & ipse respondisset: ego sum: nemo eorum subsisteret. sed omnes simul amisso membrorum officio retrorsum acti elisiq; corruerent. In quo utique diuine potestatis erat iudicium: que impiorum conatus non armis contrarius neque ullius creature potentis auxilio: sed sola uerbi uirtute prosterneret. Quia uero saluando humano generi alterius operis ratio non congruebat:

nec posset sanguis Xpi precium creditum fieri: si redemptor se non
 fineret comprehendi: Admisit in se impias manus: & cohibita est
 in se potentia deitatis: ut pueniret ad gloriam passionis. Cuius utique
 inanis fuisset species & nulli profutura imago tolerantie: nisi uera
 diuinitas ueris se humane carnis sensibus induisset: ut unus dei atque
 hominis filius aliunde intemerabilis aliunde passibilis mortale nostrum
 pro suum immortale renouaret. Et ideo mestitudine ideo fortitudine
 non carebat: ut ad euincendas huius mundi perturbationes non solum
 nos sacramento susceptionis: sed etiam exemplo fortitudinis roboraret.
 Nam iniusta uideretur eius ad patientiam cohortatio: cui nulla esset
 in nostra infirmitate communio. Veras autem domini passiones Esaias
 Propheta ipsius uoce pronuntiat dicens: Dorsum meum dedi in flagella.
 et maxillas meas in palmas. uultum autem meum non auerti a confusione
 sputorum: Quod itaque uerbi caro patiebatur: non uerbi pena erat:
 sed carnis. cuius iniurie atque supplicia etiam ad impassibilem reduebant.
 ut merito ei dicantur illata: que in ipsius sunt corpus admissa:
 dicente Apostolo: Si enim cognouissent: nunquam dominum glorie
 crucifixissent. obsecati enim Iudei malicia sua in quod prupissent
 facinus: nesciebant: Vnde misericors dominus Iesus qui etiam interfectores
 suos uellet sua morte saluare pro ignorantia seuentium de crucis
 altitudine supplicabat: dicens: pater ignosce illis: quia nesciunt: quid
 faciunt. Nec intellectu enim cordis nec auditu auris nec oculorum
 intuitu sentiebant: quem falsis testimonius appetissent: quem affigi
 patibulo coegissent: dum in corpore hominis non agnoscunt substantiam
 deitatis. Viderunt humilem: & non adorauerunt uniuersitatis autorem.
 nec intellexerunt potestatem iudicaturi: despicientes mansuetudinem
 iudicati. ut persecutores ueri dei & negatores ueri hominis una
 impietas sociaret. dum serui formam in Christo & Iudei estimant solam:
 et heretici asserunt nullam. Dicant ergo isti phantastica Christi que
 substantia saluatoris affixa sit ligno. que iacuerit in sepulchro et re/
 uoluto monumenti lapide que tertia die caro resurrexit: uel qualem
 corpus Iesus discipulorum uisui clausis ab eo ostium ingressus intulerit:
 cum ad abigendam cernentium diffidentiam inspicere oculis digitisque tracta/
 ri patentes adhuc fixuras clauorum & recens copuncti lateris uulnus
 exegerit. Ac si tanta in luce ueritatis tenebras suas heretica obdu/
 ratio non relinquit: ostendant unde sibi spiritus uite polliceantur eterne.
 unde resurrectionis Christi se credant esse consortes. Non enim
 posset cum Apostolo dicere: Christus resurrexit a mortuis primicie

dormientium: quia non sunt primicie hominū: si nō sūt de humāe stirpe nature. Qui enim p̄mus hominū resurrexit: eius plenitudo ē portio: quā p̄cessit: Et pie credit̄ hoc qđ ē in capite inchoatū: in membris quoq; esse complendū: q̄a sicut ī Adā omnes moriūt: ita & in X̄po omnes uiuificabunt: Amplectētes igit̄ dilectissimi humane spei unicū pignus: nō diuellamur a compage corpis X̄pi in quo habitat: sicut Apostolus ait: Omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. & estis repleti in illo. Nā cū icorporea sit substātia dei: quomodo corporaliter in X̄po habitat: nisi quia caro nostri generis facta ē caro deitatis. & in illo sumus deo repleti: in quo sumus etiam suscitati: ut possimus cum Apostolo dicere: Nostra aut̄ cōuersatio in celis est. unde etiā expectamus Saluatore dñm nostrum Iesū Christū: qui reformabit corpus humilitatis nostre conforme fieri corpori glorie sue. uiuens & regnans cū patre et spiritu s̄cto in secula seculor̄. Amē.

De passiōe & resurrectione dñi eiusdē sermo. XVI.

Semper quidem dilectissimi fidelitū mentes in dininorū decet admiratione uersari: & rationales animos us maxime cogitationibus inherere: per quas incrementum fidei consequantur. cum enim pia cordis intentio uel ad generalia beneficia uel ad specialia ipsius gratie dona dirigat̄: multas a se uanitates abigit: & a corporalibus curis ī quoddā secretū spiritale secedit. Sed hoc in tēpore dominice passiōis multo auidius excellentiusq; faciendū est: ut ea que sunt sacris lectionibus recensita: sane intelligentie suscipiant̄ auditu. & que magna sunt uerbis: appareant maiora mysteris. Prima nanq; erigendi sursū nostri cordis est ratio: quod ea etiam que Euangelica ueritas narrauit: uoces Prophetice non tanq̄m gerenda: Sed tanq̄ gesta cecinerant. & qđ humane aures nōdum cognouerant faciendū: iā spiritus sanctus p̄dicabat impletū. Nā Rex Dauid cuius scđm hominē semē ē X̄pus: diē crucis domini mille & plusq̄ centū annoꝝ etate p̄cessit. & nihil eoꝝ supplicioꝝ que sibi memorat illata: p̄pessus ē. Sed q̄a p̄ os eius ille loquebat̄: q̄ carnē passibilē ex ipsius stirpe erat sūpturus: merito sub ipsius p̄sona p̄mittitur historia crucis: q̄ in se gerebat corporeā originē Saluatoris. Vere enim dauid in X̄po ē passus: q̄a uere Iesus in Dauid carne ē crucifixus. Cum ergo omnia que in X̄po Iudica admittit impietas tanto ante p̄dicata sint: ut non tam de futuris q̄

de presentibus sit sermo cōtextus: qđ aliud nobis q̄ sempiternarū
 dispositionum dei incommutabilis ordo referatur? apud quem et
 discernenda iā diiudicata: & futura iam facta sunt. Cum enim et
 qualitates actionū nostrarū & effectus omnīū uoluntatū sciētia
 diuina preueniat: quāto magis deo nota sunt opera sua: & recte
 placuit: quasi facta recoli: que non poterant omnino non fieri.
 Vnde & Apostoli spiritu dei pleni cū inimicorū Xpi minas seui-
 ciamq; paterent: cōcordi ad deū uoce dixerūt. Cōuenerūt enim
 uiri i ciuitate ista aduersū puerū tuū Iesū quē unxisti: Herodes
 et Pontius Pilatus cū gētib; & populis Israel facere que manus
 tua & consiliū tuū decreuerūt fieri. Nunqđ iniquitas p̄sequentīū
 Xpm ex dei est orta consilio? & illud facinus quod omni maius
 est crimine: manus diuine preparationis armauit? Non hoc plane
 de summa iusticia sentiendum est. quia multum diuersū multumq;
 contrarium est: id quod in malignitate Iudeorū est precognitū:
 et quod in Xpi est passione dispositū. Non inde p̄cessit uolūtas
 interficiendi: unde moriendi. nec de uno extitit spiritu atrocitas
 sceleris & tolerātia redemptoris. Nō enim impias furentiū manus
 immisit in se dominus: sed admisit. Nec presciēdo quod faciendū
 esset: coegit ut fieret: cū tamē ad hoc carnē suscepisset: ut fieret.
 Deniq; inter crucifixum & crucifigētes tā dispares cause sunt: ut
 quod a Xpo susceptum est: non posset resolui. quod ab illis est
 cōmissum: possit aboleri. Qui enim uenit peccatores saluos facere
 ipsis quidem interfectoꝝ suis misericordiā non denegauit. sed
 impiorū malū in bonū credentiū cōmutauit: ut mirabilior fieret
 gratia dei non scđm merita hominum: sed secundū multitudinem
 diuitiarū sapientie & scientie dei misericorditer preparata. quādo
 et ipsos q; fuderant sanguinē Saluatoris recipet unda baptismatis.
 Nam sicut scriptura que Apostolorum actus continet loquitur.
 Cum predicatio beati Petri Apostoli Iudeoꝝ corda cōpungeret:
 et agnita impietate sui sceleris dicerent: qđ faciemus uiri fratres?
 idem Apostolus ait: Penitentiam agite & baptizaretur unusq;sq;
 uestrum in nomine Iesu Christi in remissiōem peccatorū uestrorū
 et accipietis donū spiritus s̄cti. Vobis est enim facta repromissio
 et filiis uestris & omnibus qui longe sunt: quoscunq; aduocauerit
 dominus deus noster. Moxq; addidit scriptura: & dixit: Qui ergo
 receperunt sermonem eius baptizati sunt. & apposite sunt in illo
 die anime circiter tria milia. Quod itaq; dominus Iesus Christus

furorem fremētum pati uoluit: in nullo autor eorum criminum
fuit. Nec egit: ut hec uellent. sed cessit: ut possēt. & sic usus ē ob/
cecate plebis insania quomō & p̄fidia traditoris: quē ab imanitate
cōcepti sceleris & bñficius ē reuocare dignatus & uerbis assumēdo
in discipulum: p̄uendo in apostolū. mouēdo signis: consecrādo
misteris. ut cui nihil beniuolentie deesset ad correctionem: nihil
ocasiōis sup̄esset ad crimē. Sed tu ip̄issime homo semē Chanaā
et non Iuda nec iam uas electionis sed filius perditionis & mortis
utiliora tibi diaboli incitāmēta credebas: ut facibus inflammatus
auaricie ad erigita argēteorū lucrū inardesceres. & qd̄ diuitiarū
amitteres: non uideres. Nā & si putabas credendū esse promissis:
que fuit ratio: ut tantillus pecunie modus preponeret acceptis.
Imperabas demonis. & medebaris infirmis. honorabaris cū Apo/
stolis. & ut finem tue cupiditatis expleres: patebant tibi furta de
loculis. Sed animū interdictorum admonitum quod minus licuit:
amplius incitauit. nec tam placuit quantitas precii: q̄ magnitudo
peccati. Vnde facinus cōmerti tui non ideo detestandum est: q̄
dominū uiliter estimasti. sed q̄ redēptorē etiā tuū ne tibi p̄ceres:
uendidisti. Et merito tibi tua pena est cōmissa: quia in supplicium
tuū nemo te seuior potuit inueniri. Quod igit̄ ī rēpore p̄stituto
sc̄dm̄ p̄positū uolūtat̄is sue X̄pus crucifixus & mortuus & sepul/
tus est: non proprie conditionis necessitas: sed nostre captiuitatis
redēptio fuit. Ideo enī uerbū caro factū est: ut de utero uirḡis
sumeret̄ natura passibilis. ut qd̄ in filiū dei perpetrari nō potuit:
in filiū hominis posset admitti. Nā licet in ip̄so ortu choruscarēt
in eo signa deitatis: & omnia incrementa corporalīū prouectūū
diuinis essent plena miraculis: infirmitatū tamē nostrarū suscep̄at
uentatē. & excepta cōmuniōe peccati nihil a se humāe infirmi/
tatis excluderat. & ut sua nobis insēreret: & in se nostra curaret.
Ab om̄ipotentē enī medico duplex nobis miseris remediū p̄paratū
est: cuius aliud est in sacramento aliud in exemplo. ut per unum
conferant̄ diuina: per aliud erigantur humana. Quia sicut deus
iustificationis ē autor: ita homo deuotionis ē debitor. Per hanc
ergo dilectissimi salutis nostre ineffabilē reparatiōē nec sup̄bie
nobis nec desidie locus relinquat̄. Quia & nihil habemus: nisi qd̄
accepimus. & iugiter admonemur: ut dona gratie dei non negli/
genter habeamus. Iuste enim nobis instat p̄cepto: qui precurrit
auxilio. & benigne incitat ad obedientiam: qui ducit ad gloriam.

Vnde merito dominus ipse nobis factus est uia: quia nisi p̄ X̄pm non itur ad X̄pm. per ipsum aut̄ ad ipsum tendit: qui p̄ semitā patientie & humilitatis eius incedit: in quo plane itinere nec estus deest laboris: nec nubes tristitie: nec p̄cella formidinis. Ibi sunt insidie iniquorū p̄secutiones infidelū: mine potentū: contumelie superbiorum. que dominus uirtutum & rex glorie ideo omnia in infirmitatis nostre forma: & i carnis peccati similitudine p̄currit: ut inter presentis uite pericula non tam optandū sit nobis declinando ista effugere: q̄ tolerando superare. Inde est: quod caput nostrū dñs Iesus X̄ps̄ omnia in se corporis mēbra transformans quod olim i psalmo eructauerat: id in supplicio crucis sub redēptorū suorū uoce clamabat. Deus deus meus respice in me: q̄re me dereliquisti. Vox ista dilectissimi doctrina est: non querela. Nam cum in X̄po dei & hominis persona sit: nec ab eo potuerit reliqui: a quo nō poterat separari. Pro nobis trepidis & infirmis interrogat: cur caro pati metuens exaudita non fuerit. instante enim passione ad sanandū & corrigendū nostre fragilitatis metū dixerat: pater si possibile est: trāseat calix iste a me. ueruntamē non sicut ego uolo: sed sicut tu. Et iterum. Pater si non potest hic calix transire: nisi bibā illū: fiat uolūtas tua. Qui ergo trepidatione carnis eucta iā ad paternā transierat uoluntatē. & toto mortis terrore calcato opus sue constitutiōis implebat: cur i ipso tātē uictorie exaltatus triūpho causā & rationē qua sit relictus: id est non exauditus inquit: nisi ut ostendat aliū esse illū affectū quē ad humane formidinis excusationē recepit: aliū illū quem ex eterno placito patris pro mundi reconciliatione p̄elegit. Vnde ipsa uox nō exauditi magni ē expositio sacramēti qđ nihil humano generi cōferret redēptoris potestas: si quod petebat nostra obtineret infirmitas. Hec hodie dilectissimi ne uos p̄lixitate sermōis oneremus: dicta sufficiāt. Cetera i q̄rtā sabbati differamus. aderit dñs orātibus nobis ut que soluēda p̄mittimus. Ipso largiēte reddamus. Qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

De passiōe & resurrectiōe dñi eiusdē sermo. XVII.

Sermo proximus dilectissimi cuius uobis p̄missam restituere cupimus portionem: in id differendi ratione processerat: ut de illa clamantis ad patrem crucifixi domini uoce loqueremur:

ne simplex & incuriosus auditor ita accipet uerba dicētis: Deus
deus meus quare me dereliquisti: tanq̄m fixo Iesu in crucis ligno
paterne ab eo deitatis om̄ipotentia recessisset: cū in tantā unitatē
dei & hominis natura cōuenerit: ut nec supplicio potuerit dirimi
nec morte disūgi. Manēte enī in sua pprietate utraq; substātia
nec deus reliq̄t sui corporis passionē: nec deū fecit caro passibilē.
Quia diuinitas que erat in dolēte: nō erat in dolore: Vnde scdm̄
uerbi hominisq; personā idē est: qui factus est inter omnia & per
quē facta sunt omnia. Idē est: q̄ impiorū manibus cōprehendit̄:
et qui nullo dolore sauciaē. Idē postremo est: qui mortē subuit:
et sempiternus eē nō desit. ut utrūq; signis nō dubis manifestet̄:
qđ uera sit in X̄po humilitas: & uera maiestas. qā ideo se humāe
infirmiitati uirtus diuina conferuit: ut dum deus sua fecit esse: que
nostra sunt: nostra faceret esse: que sua sunt. Nō ergo aberat a
patre filius: nec a filio pater: & illa deitas incōmutabilis & insepa-
bilis trinitas nihil sui poterat a se habere discretū. Quāuis enim
suscepte incarnationis dispensatio ad unigenitū dei filiū proprie
ptineret: sic tamē pater nō adiungebat̄ a filio: quēadmodū caro
non diuidebat̄ a uerbo. Ideo ergo Iesus uoce magna clamabat
dicens. quare me dereliquisti: ut notū omnibus faceret: q̄ nō opta-
uerit eū nō erui: non defendi: sed seuentiū manibus derelinqui.
Hoc est Saluatorē mūdi fieri & omniū hominū redemptorē nō
per miserā sed p̄ misericordiā. Nec amissioē auxiliū sed definitioē
moriendi. Que uero illic uite intercessio sentienda est: ubi anima
et potestate est emissa: & potestate reuocata. Dicit enim beatus
Apostolus q̄ pater filio nō pepercit. sed p̄ nobis omnibus tradidit
eum. Et iterū dicit. Quoniā X̄pus dilexit Ecclesiā. & semetipsū
tradidit pro ea: ut eam sanctificaret. Vnde tradi dominū passio-
tā fuit paterne q̄ ipsius uolūtatis. Vt enī nō solū pater relinque-
ret: sed etiā ipse se qđā ratione desereret nō trepida discessioē sed
uolūtaria cessione. Cōtinuit enim se ab impiis crucifixi potestas:
et ut dispositione uteretur occulta uti uoluit uirtute manifesta:
Nam qui mortē & mortis autorē sua uenerat passioē destruere.
quomodo peccatores saluos faceret: si p̄secutoribus repugnāret.
Iudeorum igitur hoc fuit dilectissimi: ut Iesum crederent a deo
relictum: in quem tāto scelere seuire potuissent. Qui sacramentū
mirabilis potentie nescientes sacrilega elusione dicebant. Alios
saluos fecit: seipsum non possit saluum facere. Si Rex Israel est:

descēdat nūc de cruce. & credimus ei. Nō uestre cecitatis arbitrio
 stulti Scribe & impii Sacerdotes ostendenda erat potentia Salua/
 toris: nec scđm preces blasphemātiū linguarum humani generis
 redemptio debebat omitti. Cum si deitatem filii dei uoluisset ag/
 noscere: innumera opera eius uideretis. quæ uos ad eam quam
 fallaciter promittitis fidem confirmare debuerunt. Si autem ut
 profiteremini: uerum est quod alios saluos fecit: cur illa tot & tāta
 miracula que sub publico facta sunt conspectu: in nullo cordis
 uestri duriciam mollierunt? Nisi quia ita semper sancto spiritui
 resistitis: ut omnia uobis beneficia dei ī perniciem uerteretis. Nā
 etiā si descenderet Xps de cruce: uos tamen hereretis in crimine.
 Spreta ergo sunt uane insultationis obprobria: & misericordiam
 domini perditā & collapsa reparantem nullæ contumelæ nulla
 conuitia a sui uia propositi remouerunt. Offerebatur enim deo
 pro salute mundi hostia singularis: & occisio Christi ueri agni p
 tot secula predicata promissionis filios in libertatem fidei transfe/
 rebat. Confirmabatur quoq; testamentum & Christi sanguine
 eterni regni scribebātur heredes. Ingredebatur sūmus Pontifex
 sancta sāctorum & ad exorandum deum immaculatus Sacerdos
 per uelum sue carnis intrabat. Deniq; adeo tūc a lege ad Euā/
 gelium: a synagoga ad Ecclesiam: a multis sacrificiis ad unam
 hostiam que deus est: euidentis est facta translatio: ut emittente
 spiritum domino uelum istud mysticum quod templi penetralia
 sanctumq; secretum suo intercludebat obiectu a summo usq; ad
 imum ui subita scinderetur. Quoniam figuras ueritas auferebat.
 et superflui erant nuntii: sub presentia nuntiati. Aducebatur is
 elementorum omnium tremenda commotio & autoribus Christi
 crucis ipsa se nature officia subtrahabant. Cumq; custos supplicii
 Centurio territus is que uiderat: diceret. Vere filius dei erat hō
 iste: impietatem tamen Iudaicam monumentis & petris omnibus
 duriores nulla proditur mitigasse compunctione: ut appareat
 paratiores ad intelligendum filiū dei tūc fuisse Romanos milites
 q̄ Israeliticos sacerdotes. ¶ Quia ergo Iudei omniū sacramentorū
 sanctificatione priuati lucem sibi in tenebras et in luctum festa
 uerterunt: Nos dilectissimi effusam super omnes gentes gratiam
 dei procliuius corporibus atq; animis adoremus: obsecrantes mi/
 sericordem patrem & diuicē redemptorē: ut de die in diē auxilio
 eius adiuti omnia huius uite picula possimus effugere. Adest enim

callidus ubiq; temptator: & nihil uacuum a suis relinquit insidus.
Cui auxiliante misericordia que nobis inter omnia aduersa pre/
renditur: fidei semp est cōstantia resistendum. ut quis impugnare
non desinat: neminem tamen quem expugnet: inueniat. Prohinc
omnibus dilectissimi religiose celebrata ieiunia: & continētie uti/
litas. quam & animis & corporibus probauimus congruentem:
nullis corrumpatur excessibus. Que enim ad sobrietatem & par/
simoniam pertinent: ideo diligentius in us sunt celebrata diebus:
ut de breui studio in longam consuetudinem mitterentur. & siue
in operibus misericordie siue in studio parsimonie nullum a fide/
libus uacuum tempus habeatur. quoniam utiq; in accessu dierum
et cursu temporum lucra debemus facere operum: non damna
meritorum. Post autem studiis & religiosis animis adierit misericor/
dia dei: ut qđ fecit concupisci: faciat obtineri: Qui uiuit & regnat
in secula seculorum. Amen.

I De passione & resurrectione domini
eiusdem sermo octauusdecimus.

Magnitudo quidem dilectissimi ineffabilis sacramenti ita
humane intelligentie altitudinem et rotius uincit eloqui
facultatem ut excellētissimis ingenis & fecundissimis linguis sub/
lunior sit triumphus dominice passionis. Sed gaudendum potius
qm̄ erubescendum est: quod tante superamur materie dignitate.
de qua nemo humilius sensit: qm̄ qui putauit suffecisse que dixit:
Non ergo superfluo quæ predicauimus: predicamus. nec de re/
bus diuinis loquenti carnalium aurium sunt timenda fastidia: tāq̄
despectui sint futura: quia crebro cognoscuntur iterata. cum hoc
maxime ad Christiane fidei pertineat soliditatem: ut secundum
Apostolicam doctrinam id ipsum predicemus om̄es. et simul per/
fecti in eodem sensu. et in eadem scientia. Infidelitas quippe que
omnium est mater errorum: in multas opiniones quas arte dicēdi
necesse habeat colorare: distrahitur. Veritatis autem testificatio
nunq̄ a sua luce discedit. & quod aliis minus aliis amplius micat:
non uarietas facti luminis: sed infirmitas cōtemplationis. cui scđm
superne illuminationis auxiliū etiā meo sermōe famulandū ē. ut
qm̄ dei agricultura dei edificatio estis: ipse & dispēsanti & accipiēt
tribuat sufficiētā: q̄ largitionū suarū iustā exigere nouit usurā.

Decurso igitur dilectissimi textu Euangelice lectionis quam de gloria crucis Christi intento accepistis auditu: omnia uobis diu/norum misteriorum eloquia patefacta sentite. et quicquid sub Propheticalis testificationibus umbra ueteris testamenti uelabat: in sacramento passionis dominice manifestum esse gaudete. Ideo enim sacrificiorum uarietas et purificationum dr̄ntie destiterūt: Ideo mandatum circuncisionis ciborum discretio ocium sabbati et paschalis agni cessauit occisio: quia lex per Moysen data est. Gratia autē et ueritas per Iesum Christum facta est. Precesserūt figure: ut sequeretur effectus. et effectū rerum nūciatarū finita sunt officia nuntiatorū. sic recōsiliatione humani generis tēperata ut salus que in Christo est: nullis seculis sub eadem iustificatione defuerit. et ad hoc dilationū profecerit ratio: ut que diu credita sunt: anteq̄ fierent: in contanter honorarentur. nam cū uirtus fidei in us que uisui non subiacent: constituta sit: indulgentius nobiscum egit doctrina celestis: quos in hec mundi tēpora distulit ad intelligentie facultatē. ut multo pluribus q̄ priores et uatibus urgeremur: et testibus. Quod ergo nobis de passione domini Iesu Christi sacro et digito dei scripta Euangelia protestantur: sine nubilo hesitationis accipite et rerum gestarū ordinē tā habetote manifestum: quā si omnia corporeo et uisu attingeretis et tactu. Vera ī Christo deitas et uera credatur humanitas. Ipse est caro qui uerbum. et sicut unius cū patre substantie ita unius cū matre nature. Non geminatus p̄sona non confusus essentia. sed utraq; sic utens: ut et uirtus glorificare posset infirmitatem. et infirmitas non ualeret obscurare uirtutē. Cōprehendi se a persecutoribus patitur: qui continet mundum. et eorum manibus necit̄: quorū corde non capitur. Iusticia non resistit iniustis. et cedit ueritas testimonis falsitatis. ut manēs ī forma dei formā impleret serui. et ueritatem corporee natiuitatis confirmaret se uicia corporee passionis. Sed hanc unigenito dei subire et perpeti non conditio necessitatis sed misericordie ratio fuit. ut de peccato damnaret peccatum. et diaboli opus de opere diaboli solueretur. Inimicus enim hūani generis mortificate in ipsa origine uniuersitati letale uulnus intulerat. nec poterat declinare ius ferreū dediticiu seminis captiua progenies. Vnde cum in tot generationibus mortali sibi lege subiectis unum uideret inter hominum filios cuius uirtutem super omnes totius temporis miraretur excellere: securum se fore

credidit de perpetuitate sui iuris: si nulla iusticie sue materia seue
potuissent superare uim mortis. famulis itaq; suis et stipendiariis
incitatis in preiudicium suum scuit. et dum putat aliqd sibi debere
quem potuisset occidere: non uidit libertatē singularis innocētie:
similitudinē persequēdo nature. **N**on autem errabat in genere.
sed fallebatur in crimine. **A**dam enim primus et Adam secundus
unum carne non opere. et in illo omnes moriūtur. in isto omnes
uiuificabuntur. Ille per superbie cupiditatē iter fecit ad miserā.
hic per humilitatis fortitudinem uiam parauit ad gloriā. Vnde
ipse dicit **E**go sum uia. ueritas. et uita. **V**ia scilicet in forma
conuersationis iuste. **V**eritas in expectatione rei certe. Vita ī
perceptione felicitatis eterne. **H**oc magne pietatis sacramentum
dilectissimi sicut Iudaica impietas ita diabolica supbia nesciebat.
Si enim cognouissent: nunq̄ dominum glorie crucifixissent. Sed
quia hostem humani generis consilium latebat misericordie dei:
et opposito carnis uelamine deus in Christo mundū reconcilians
tegebatur: perstitit in eum furere: in quo nihil suum poterat in/
uenire. Nam et malignitati eius hoc magis potuisset prodesse si
parceret ei: per quē omniū soluenda erat captiuitas. et repanda
libertas. Sed lucem tenebre non comprehenderunt. nec mendax
cecitas sapientiā ueritatis potuit inspicere. Tenuit itaq; disposita
mansuetudo patientiam. et cohibita famulantium sibi angelicarū
uirtute legionum hausit calicē doloris et mortis. torūq; suppliciū
transtulit ī triumphū. Victi sūt errores. subacte sūt potestates.
accepit nouum mundus exordium. ut dampnata generatio non
obesset: quibus saluādis regeneratio subueniret. transierūt uetera
et ecce facta sunt noua: ut uniuersorum in Christo credentium
et in sancto spiritu renatorum per ipsum et cum ipso una esset
passionis societas. et resurrectionis eternitas dicēte apostolo Mor/
tui enim estis et uita uestra abscondita est cū Christo in deo. Cū
autem Christus apparuerit uita uestra: tunc et uos apparebitis
cum Christo in gloria. **I**n hac igitē spe dilectissimi cōstituti om̄s
diaboli caute uersutias: qui non solum per carnis cōcupiscētiās
et per corporeas tantum insidiatur illecebras: sed inter ipsa quoq;
semina fidei spargens zizania falsitatum ueritatis studet uiolare
culturam. Vt quod non potuerit corrumpere malis actibus ipis
subuertat erroribus. Fugite ergo mūdane argumēta doctrine.
et uiperea hereticorum uitate colloquia. nihil uobis commune sit

cū eis: qui catholice aduersantes fidei solo sūt nomine Christiani. Non enim templū spiritus dei nec membra sunt Christi: sed falsis opinionibus impliciti tot species habent diaboli: quot simulacra mēdaci. a quibus malis per dominum Iesum Christum qui et uia et ueritas et uita est: liberati Omnes uite istius temptationes et prelia cum fidei exultatione toleremus. Si enim compatimur: et conregnabimus. Quod premiū non eis tantum paratū est: qui p nomine domini impioꝝ se uicia sunt perempti. quoniā uniuersitas deo seruentium deoq; uiuentium sicut in Christo est crucifixa: ita est in Cristo coronanda: illis quidē ī omni gloria precellētibus qui terribiles mortes et seua tormēta usq; ad exhalationē spiritus tolerando superauerūt. Sed etiam uis subsequētib; qui auaritie cupiditatē superbie elationē desideriaq; luxurie carnis sue mortificatione uicerunt. Vnde merito Apostolus ait: Quod omnes qui pie uolunt uiuere in Christo: persecutionē patiunt. Cuius utiq; non est extraneus: qui non est pietatis alienus. Paschalem enim festiuitatem sollempniter agit: qui non in fermento ueteris malicie sed in azimis sinceritatis et ueritatis operat. Nec in Adā primo sed in Adam secūdo uiuit. membrū scilicet factū corporis Christi: qui cum esset ī forma dei: forma serui dignatus est fieri. ut in uno mediatore dei et hominum homine Iesu Christo et plenitudo maiestatis diuine et ueritas nature esset humane. Quā nisi uerbi diuinitas in sue persone reciperet unitatē: nec regeneratio esset in aqua baptismatis: nec redemptio in sanguine passionis. Sed quia in sacramento incarnationis Christi nihil factum nihil accepimus figuratum: non frustra nos et cum moriente mortuos: et cum resurgente credimus suscitatos. manente ipso in nobis qui operatur omnia in omnibus uiuens cum patre et sancto spiritu regnansq; in secula seculorum. Amen.

De passione et resurrectione domini eiusdem Sermo decimusnonus.

Sacram dilectissimi dominice passionis historiam Euangelica ut moris est: narratione decursam ita omnium uestrum arbitror inhesisse pectoribus: ut unicuique audientium ipsa lectio quedam facta sit uisio. Habet enim hanc potentiam fides uera: ut ab uis mente non desit: quibus corporalis presentia adesse non potuit. et

siue in preteritū redeat: siue in futurum se cor credētis extēdat:
nullas sentiat moras temporis cognitio ueritatis. Adest ergo sen/
sibus nostris imago rerum pro nostra salute gestarū. Et quicqd
tunc discipulorū p̄strinxit animos: nostros quoq; tāgit affectus.
non qđ aut tristitia deprimamur: aut se uicia furentiū Iudeorū
terreamur: cum etiam eos quos illius tempestatis magnitudo cō/
cussit: ad inuictam constantiam resurrectio Domini ascensioq;
prouexerit. **S**ed quia cum in cogitationem uenit quales tunc
Hierusalē populi et quales fuerint sacerdotes: magno accipiamus
cum tremore mētium: tantum facinus impiorum. Quauis enim
ad salutē humani generis pertineret passio Saluatoris: et eterne
mortis uincula temporali sint domini dirupta morte: Aliud tamē
crucifixi patientia aliud crucifigentiū egit insania. nec ad eosdē
rerum exitus misericordia et ira tendebat: cum p̄ eiusdē sāguinis
effusionem Christus soluerit mūdi captiuitatē: Iudei interfecerint
omnium redemptorē. Obdurauit. n. carnalē Israhel malignitas
sua: et nihil eis legis testificatio nihil mysteriorum imagines nihil
Prophetarū oracula profuerunt: cum Pascha domini tot seculis
celebratū in eo Iohānes doceret impletum: de quo publica pro/
testatione dicebat: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi.
Repugnat iniquitas iusticie. cecitas luci. mendacium ueritati.
Sed de se uicia obluētantium de scelere crudelium optinuit Iesus
eterne dispositionis effectum. et ita humano generi sua morte
consuluit: ut sacramentum salutis etiam ipsis persecutoribus non
negaret. Qui uenerat uniuersis credentibus omnia peccata dimit/
tere a generali indulgentia nec Iudaicū uoluit crimē excludere.
Quorum itaq; perfidiam detestamur: eorundem fidem si cōuer/
tantur: amplectimur. Et imitantes misericordiam domini qui
pro eis a quibus erat crucifixus: orabat: Nos quoq; cum beato
Apostolo iūgimus preces. Et ut ille populus misericordiā conse/
q̄tur: oramus: et optamus: ob cuius offensionē gratiā recōsiliatōis
accepimus. Quoniam sicut ait magister gentium: Conclisit deus
omnia in incredulitate: ut omnium misereatur. Quid autē illud
fuit: quod etiam Iudeis intellectum abstulit: et sapientiū mundi
corda turbauit? nisi crux filii dei. que philosophiam euanescere
prudentium: et Israheliticā fecit caligare doctrinam. Omnē nāq;
sensum humane mētis excessit diuini altitudo consilii. Cōplacuit
deo p̄ stulticiā predicationis saluos facere credentes. ut mirabilior

fieret constantia fidei ex difficultate credendi. Inconsequens enim
 et irrationabile uidebatur: recipere animo: quod creatorē omniū
 naturarū in substantia ueri hominis uirgo intemerata peperisset.
 quod eū patri filius dei qui implet omnia: et continet uniuersa:
 furentium manibus comprehēdi: iniquorum iudicio condemnari:
 et post dedecus illusionū cruci se permisisset affigi. Sed in uis oībus
 simul sunt et humilitas hominis: et celsitudo deitatis. **Nec** miseri/
 cordie ratio maiestatem miserantis obscurat: quia de ineffabili potētia
 factum est: ut cum homo uerus est in deo inuolabili et deus uerus
 est in carne passibili: conferretur homini gloria per contumeliam
 incorruptio per supplicium. uita per mortem. **N**isi enim uerbū
 caro fieret: et tam solida consisteret unitas in utraq; natura: ut
 a suscipiente susceptam nec ipsum breue tempus abiungeret: nūquā
 ualeret ad eternitatem redire mortalitas. Sed affuit nobis in Christo
 singulare presidium: ut in natura passibili mortis conditio nō ma/
 neret: quā impassibilis essentia recepisset. et per id quod nō poterat
 mori: posset id quod mortuum est: suscitari. **H**uic sacramento
 dilectissimi ut inseparabiliter congruamus: magna nobis et animi et
 corporis intentione nitendum est. ut cum grauissimi sit periculi
 festū paschale negligere: periculosius sit Ecclesiasticis quidē con/
 uentibus iungi: sed in dominice passionis cōsortio nō haberi. Nā
 dicente domino: Qui nō accipit crucem suam: et sequitur me: nō
 ē me dignus: et dicente Apostolo: Si cōpatimur: et cōregnabimus:
 Quis uere Christum passum mortuum et resuscitatum colit: nisi
 qui cum ipso patitur: moritur: et resurgit? Et hec quidē in oībus
 Ecclesie filijs ipso iam regenerationis sūt inchoata mysterio: ubi
 peccati interitus uita est renascentis. et triduanā domini mortem
 imitatur trina demersio. **U**t dimoto quodam aggere sepulture
 quos ueteres suscepit sinus fontis: eosdem nouos edat undat bap/
 tismatis. Sed implendum est nihilominus opere quod celebratum est
 sacramēto. et natis de spiritu sancto quātuncunq; superest mūdani
 temporis: non sine crucis susceptione ducendum est. Quauis .n.
 forti et crudeli tyranno per potentiam crucis Christi uasa antique
 depdationis erepta sint: et dominatio principis mūdi a redēptorē
 sit eicta corporibus: Insidiari tamen etiam iustificatis malignitas
 perseuerat: et multis modis eos in quibus non regnat: impugnat.
 ut si quas animas negligentes imprudētesq; reppererit: se uitoribus
 eas laqueis rursū innectat. et a paradiso Ecclesie raptas in cōsortiū

sue dānationis inducat. Vnde cū quispiam obseruantie Xpiane
limitem sentit excedere: et in id cupiditates suas tendere: quod eū
a recto itinere faciat declinare: recurrat ad crucem domini . et
ligno uite motus noxie uolūtatis affigat: ac uote Prophetica ad
dominū clamet. & dicat **C**onfige clauis timoris tui carnes meas: a
iudiciis enim tuis timui. **Q**uid autem est clauis timoris dei carnes
habere cōfixas: nisi corporeos sēsus ad illecebra illiciti desiderii sub
metu diuini cōtinere iudiciu. ut q resistit peccato: et concupiscē/
cias suas nequid morte dignum operetur: interficit: audeat cum
Apostolo dicere: **M**ibi autem absit gloriari nisi in cruce domini
nostri Iesu Christi. Et ad id dirigat omnem uiam suam: ubi scit
humanam saluatā esse naturam. Passio enim domini usq; ad finē
producitur mundi. **E**t sicut in sanctis suis ipse honoratur: ipse
diligitur: et in pauperibus ipse pascitur ipse uestitur: Ita in oībus
qui pro iusticia aduersa tolerant: ipse compatitur. nisi forte esti/
mandum est multiplicata per orbem fide et rarescēte impiorū
numero oīes psequutiones et oīa que aduersus beatos Martires
seuerunt: finita esse certamina. tanq̄ suscipiende crucis illis tantū
necessitas incubuerit: quibus ad expugnādā Christi dilectionē
atrocissima sūt illata supplicia. Sed aliud seruentium deo pietas
experitur: aliud etiam Apostoli predicatio protestatur. q dicit:
omnes q pie uolūt uiuere in Christo Iesu: psequutionē patiuntē.
Qua sententia nimis trepidus et segnis ostenditur: qui nulla pse/
quutione pulsatur. **P**acem enim cum hoc mundo nisi amatores
mundi habere non possunt. et nulla unq̄ iniquitati cū equitate
communio: nulla mēdacio cū ueritate cōcordia: nullus ē tenebris
cum luce consensus. Quia etiam si pietas bonorum cupiat malos
corrigi: conuersationemq; multorum per gratiam dei misericordis
obtineat: malorum tamen spirituum aduersus sanctos insidie nō
quiescunt. et siue occulto dolo siue aperto prelio in omnibus fi/
delibus propositum bone uoluntatis infestant. Inimicum autem
illis est omne: quod rectū omne quod castum est. Et cum eis nihil
in quenq̄ amplius liceat: q̄ iusticia diuina permiserit: que dignatur
suos aut corrigere disciplina: aut exercere patientia: Agunt tamē
uersutissima arte fallacie: ut ex arbitrio proprie potestatis aut
ledere uideantur: aut parcere. et multis quod dolendum est: ita
per nequitiam simulationis illudunt: ut quidē illos et timeant pati
inensos: et uelint habere placatos. cum beneficia demonū oībus

5

lit nocētiōra uulneribus. Quia tutius est homini iūmiciciā diaboli
 meruisse q̄ pacem. Sapientes itaq; animi qui unum timere unum
 diligere et in unum sperare didicerunt: mortificatis cupiditatibus
 et crucifixis corporis sensibus ad nullum hostium metum ad nullū
 inclinantur obsequium. Voluntatem enim dei etiam sibi p̄ferunt:
 et tanto amplius se amant: quanto amplius pro dei amore se non
 amant. Cūq; audiunt sibi diuinitus dici post concupiscētiās tuās
 non eas: et a uoluntate tua auertere: diuidunt affectus suos: et
 legem mentis a corporis lege discindunt: ut ex quadam se parte
 sibi denegent perdentes se in us: que carnaliter cupiunt: et inue/
 nientes se in us: que spiritualiter cōcupiscūt. Sanctū igit̄ Pascha
 dilectissimi in talibus membris corporis Christi legitime celebrat̄.
 et nihil illis deest triumphis quos passio Saluatoris obtinuit. Quo/
 niā in us qui Apostolico exēplo castigant corpus suū: et seruituti
 subiciunt idem hostes eadem fortitudine conteruntur. Et nunc
 enim a Christo uincitur mundus. et cum a seruis suis quoruncūq;
 uitiorum incētiua superantur: ipsius uirtus est: ipsiusq; uictoria.
 Hec dilectissimi que ad p̄icipationē crucis pertinent: sufficiēter
 ut arbitror: uestris sunt hodie auribus itimata. ut paschale sacra/
 mentum etiam in membris corporis Christi legitime celebretur.
 superest ut de obtinendo resurrectionis consortio differamus.
 Quod ne continuato sermone et michi et uobis fiat onerosum:
 in diem sabbati promissa differemus. Aderit: ut credimus: gratia
 dei: ut debitum nostrum ipsius auxilio compleatur: qui uiuit et
 regnat cum patre et spiritu sancto in secula seculorū. Amen.

De passione et resurrectione domini
 Eiusdem sermo Vicesimus.

Sermone proximo dilectissimi non incongrue uobis q̄tum
 arbitror: participationē crucis Christi insinuamus: ut Pas/
 chale sacramentum ipsa in se habeat uita credentium. et qđ festo
 honoratur: moribus celebretur. Quantum autem hoc utile sit:
 ipsi probastis: et ex uestra probatione didicistis: quantū profinc
 animis atq; corporibus prolixiora ieiunia: frequentiores preces: &
 elemosine largiores. Nemo enim fere est: q nō hac exercitatione
 profececerit. et in abdito conscientie sue aliquid quo recte possit
 gaudere: condiderit. Sed hec lucra perseueranti sunt seruanda

1

custodia. ne in desidia resoluto labore: qđ donauit dei gratia:
diaboli furetur iuidia. Cum igitur quadraginta dieꝝ obseruātia
hoc uoluerimus operari: ut aliquid sentiremus crucis: in tempore
dominice passionis: adnitendum est nobis: ut etiam resurrectionis
Christi inuentamur esse consortes. et de morte ad uitam dum in
isto corpore sumus: transeamus. Vnicuiq; enim homini qui ex
alio in aliud aliqua conuersione mutatur: finis est: nō esse: quod
fuit. et ortus esse: quod non fuit. Sed interest: cui qđ aut moriat̃:
aut uiuat. quia est mors que causa est uiuendi. et est uita: que
causa est moriendi. Nec alibi q̃ in hoc transitorio seculo utrunq;
conquiritur. ut ex qualitate temporalium actionum differentie
retributionū pendeāt eternarum. Moriendum ergo est diabolo:
et uiuendum deo. Deficiendum iniquitati: ut iusticie resurgat̃.
Occumbāt uetera: ut orientur noua. Et quoniam sicut ait ue/
ritas: Nemo potest duobus dominis seruire: Dominus sit: non ille
qui stātes impulit in ruina: sed ille qui deictos erexit i gloriā.
Dicente ergo Apostolo: Primus homo de terra terrenus: Scđus
homo de celo celestis: Qualis terrenus: tales et terrent. et qualis
celestis: tales et celestes. sicut portauimus imaginem terreni: por/
temus et imaginem eius qui est de celo. Multum nobis de hac
commutatione gaudendum est: quia de ignobilitate terrena ad
celestē transferimur dignitatē. per illius ineffabilē misericordiā:
qui ut nos in sua prouerberet: in nostra descendit. Vt non solum
substantiam: sed etiam cōditionem nature peccatricis assumeret.
et ea sibi pateretur inferri diuina impassibilitas: que miserrime
experitur humana mortalitas. Vnde ne turbatos discipulorum
animos longa mestitudine cruciaret: denuntiatam tridui moram
mira celeritate breuiavit: ut dum ad integrū secundum diē pars
primi nouissima et pars tertii p̃ma cōcurrat: et aliquantū tēporis
spatio decederet: et nihil dierum numero deperiret. Resurrectio
igitur saluatoris nec animam in inferno: nec carnem diu morata
est in sepulchro. et tā uelox incorrupte carnis uiuificatio fuit:
ut maior ibi esset soporis similitudo: q̃ mortis. ¶ Quoniam deitas
que ab utraq; suscepti hoīs substantia nō recessit: quod potestate
diuisit p̃tate coniunxit. subsequuta sunt itaq; multa documenta:
qbus predicande per uniuersum mundū fidei autoritas condiret̃.
Et licet reuolutio lapidis euacuatio monumēti depositio lintheoꝝ
Et totius facti Angeli narratores copiose dominice ueritatem

resurrectionis astruerent: et mulierum tamen visui et Apostolorum
 frequenter oculis manifestus apparuit: non solum loquens cum eis.
 sed habitans atque conuescens: et pertractari se diligenti curiosoque
 contactu ab eis quos dubitatio perstringebat: admittens. **I**deo
 enim et clausis ad discipulos hostis introibat: et flatu suo dabat
 spiritum sanctum. et dato intelligentie lumine sanctarum scripturarum
 occulta pandebat. et rursus idem uulnus lateris fixuras clauorum
 et omnia recentissime passionis signa monstrabat: ut agnosceret
 in eo proprietates diuine humaneque nature indiuidua permanere.
 et ita sciremus uerbum non hoc esse quod carnem: ut unum dei
 filium et uerbum confiteremur: et carnem. Non dissonat dilec-
 tissimi ab hac fide magister gentium Apostolus Paulus cum dicit:
 Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus
 Resurrectio enim domini non finis carnis sed commutatio fuit.
 nec uirtutis augmento consumpta substantia est. **Q**ualitas transiit:
 non natura deficit. et factum est corpus impassibile: quod potuit
 crucifigi. factum est immortale: quod potuit occidi. Factum est
 incorruptibile: quod potuit uulnerari. et merito dicit: caro Christi
 in eo statu quo fuerit nota: nesciri: quia nihil in ea passibile: nihil
 remansit in ea infirmum: ut et ipsa sit per essentiam: et non sit ipsa
 per gloriam. **Q**uid autem mirum si hoc de corpore Christi profiteer:
 qui de omnibus Christianis spiritualibus dicit. Itaque nos ex hoc ne-
 minem nouimus secundum carnem. Ex hoc inquit initium nobis
 factum est resurrectionis in Christo: ex quo in eo quod pro omnibus
 mortuus est: totius spei nostre forma precessit. Non hesitamus
 diffidentia. nec incerta expectatione suspendimur. **S**ed accepto
 promissionis exordio: fidei oculis que sunt futura: iam cernimus.
 Et nature proiectione gaudentes quod credimus: iam tenemus.
 Non ergo nos rerum temporalium occupent species. Nec ad se
 contemplationem nostram a celestibus terrena deflectant. Pro
 transactis habeantur: que ex maxima parte iam non sunt. et mentis
 intenta mansuris: ibi desiderium suum figat: ubi quod offertur: eternum
 est. Quauis enim spe salui facti sumus: et corruptibilem adhuc
 carnem mortalemque gestemus: recte tamen dicimur in carne non
 esse: si carnales nobis non dominentur affectus. Et merito eius rei
 deponimus nuncupationem: cuius non sequimur uoluntatem. Cum
 itaque Apostolus dicat carnis curam ne feceritis in desideris: non
 ea nobis interdicta intelligamus: que saluti congruunt. et que

humana poscit infirmitas. Sed quia non omnibus desiderium seruendum: nec quicquid caro concupiscit: implendum est: de adhibendo temperatione modo admonitos nos esse cognoscimus: ut carni que sub animi est constituta iudicio nec superflua concedamus: nec necessaria denegemus. Unde idem Apostolus alibi ait: Nemo enim unquam carnem suam odio habuit. Sed nutrit: et fouet eam. Cum itaque non ad uitia non ad luxuriam sed ad debitum sit alenda et fouenda famulatum: ut teneat ordinem suum renouata natura: nec peruersae ac turpiter superioribus inferiora preualeant: aut inferioribus superiora succumbant: et uitis animum superantibus: ibi fiat seruitus: ubi debet esse dominatus. Agnoscat igitur populus dei nouam se esse in christo creaturam. et a quo suscepta sit: quam uel suscepit: diligenter intelligat. Que noua facta sunt: non redeant ad instabilem uetustatem et non omittat opus suum: qui manum misit ad aratrum. sed ad id attendat: quod serit. non ad id respiciat: quod reliquit. Nemo in id recidat: unde surrexit. Sed etiam si pro infirmitate corporea in aliquibus adhuc languoribus iacet: sanari instanter desideret. ac leuari. Hec est enim salutis uia et cepte in christo resurrectionis imitatio: ut quia in lubrico istius uite diuersi casus lapsusque non desunt: uestigia gradientium a fluidis ad solida transferantur. Quoniam sicut scriptum est: a domino diriguntur gressus hominis. et uiam eius uolet. Cum ceciderit iustus: non collidetur: quia dominus supponet manum suam. Hec meditatio dilectissimi non pro sola sollempnitate Paschali sed pro totius uite sanctificatione retinenda est. et ad hoc presens exercitatio debet intendi: ut que animum fidelium experimeto breuis obseruatione delectarunt: in consuetudinem transeant itemerata permaneant. ac si aliquid delicti irrepserit: celeri penitudine deletur. Et quia antiquorum morborum difficilis et tarda curatio est: tanto uelocius adhibeantur remedia: quanto recentiora sunt uulnera. ut semper ab omnibus offensionibus in integrum resurgentes ad illam incorruptibilem glorificationem carnis resurrectionem peruenire mereamur in christo Iesu domino nostro. Qui uiuit et regnat cum patre et spiritu sancto in secula seculorum: Amen.

De resurrectione domini sermo Vicesimus primus.

Quotum quidem dilectissimi Pascale sacramentum Euangelica nobis narratio presentauit. et ita per aurem carnis penetratum

est mētis auditus: ut nemini nostrū rerū gestarū imago defuerit: cum diuinitus inspirate textus historie euidenter ostenderit: qua dominus Iesus Christus impietate traditus quo iudicio adductus qua se uicia crucifixus et qua sit gloria suscitatus. Sed aduiciendū est etiam nostri sermonis officium: ut sicut pia expectatione de/poscere uos consuetudinis debitū sentio: ita sollemnitati sacratissime lectionis subiungatur exhortatio sacerdotis. ¶ Quia igitur apud fideles aures ignorantie locus non est: semen uerbi quod est in predicatione Euangelii debet in terra nostri cordis augeri: ut remotis suffocationibus spinarum ac tribulorū libera in fructus suos exeant plantaria pioꝝ sensuū et rectarū germina uolūtātū. Crux enim Christi que saluandis est: īpensa mortalibus: et sacramentum est: et exemplum. ¶ Sacramentum quo uirtus impletur diuina. Exemplū quo deuotio incitatur humana: qm̄ captiuitatis iugo erutis etiā hoc prestat redēptio: ut eā sequi possit imitatio. Nam si mundana sapientia ita ī suis gloriatur erroribus: ut quē sibi quisq; ducē elegerit: eius opiniones et mores atq; oīa instituta sectetur: que nobis erit cōmunio nominis Christi: nisi ut ei inseparabiliter uniamur: q̄ est ut ipse īsinuauit: uita: ueritas: et uita? Via scilicet conuersationis sancte. ueritas doctrine diuine. et uita beatitudinis sempiternae. Collapsa enim in parentibus primis humani generis plenitudine ita misericors deus creature ad imaginem suam facte per unigenitum suum Iesum Christum uoluit subuenire: ut nec extra naturam esset reparatio nature: et ultra proprie originis dignitatem proficeret secunda conditio. Felix si ab eo non decideret: quod deus fecit. felicior si in eo maneret: qđ refecit. Multū fuit a Christo recipisse formam. sed plus est: in Christo habere substantiam. Suscepit enim nos in suam proprietatē illa natura: que nec nostris sua nec suis nostra cōsumeret que ita unam in se fecit deitatis humanitatisq; personam: ut sub dispensatione infirmitatū atq; uirtutum nec caro per diuinitatē inuolabilis nec diuinitas per carnē posset esse passibilis. Suscepit nos illa natura que et ppaginem nostri generis a cōmuni tramite non abrumperet: et contagiū peccati in omnes homines transseruntis excluderet. Infirmitas sane atq; mortalitas que nō peccatū erāt sed pena peccati: a redēptore mūdi recepta sūt ad suppliciū: ut impenderentur ad preciū. Quod ergo in omnibus hominibus transfusio fuit damnationis: hoc in Xpo sacramentū est pietatis.

prebuit enim se crudelissimo exactori liber a debito .et ministras
diaboli Iudaicas manus in cruciatum immaculate carnis admisit.
Quam ideo usq; ad celerrimā resurrectionē uoluit esse mortalē:
ut credentibus in eum nec persecutio insuperabilis : nec mors
posset esse terribilis . cum ita dubitandum non esset de consortio
glorie: sicut dubitandum non erat de communione nature **S**i
incontanter itaq; dilectissimi corde credimus: qđ ore confitemur:
nos in Christo crucifixi nos sumus mortui: nos sepulti: nos etiam
die tertia suscitati . Vnde Apostolus dicit: Si consurrexistis cum
Christo: que sursum sunt: querite: ubi Christus est in dextera dei
sedens: que sursum sunt: sapite: non que super terram . Mortui
enim estis: et uita uestra abscondita est cū xp̄o in deo . Cū enim
Christus aparuerit uita uestra: tunc et uos apparebitis cū xp̄o
in gloria . Vt autem nouerint corda filiorum habere se unde ad
supernam sapientiam spretis mundi cupiditatibus ualeant eleuari:
spondet nobis dominus presentiam suam dicens . Ecce ego uobis/
cum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi **N**on
enim frustra per Esaiam dixerat spiritus sanctus: Ecce uirgo
in utero concipiet . et pariet filiū . et uocabitur nomē eius Ema/
nuel: quod est interpretatum nobiscum deus . Implet ergo Iesus
proprietas nominis sui: et qui ascendit in celos non deserit ad/
optatos . qui sedet ad dexteram patris: idem totius habitator est
corporis . et ipse deorsum confortat ad patientiā: qui sursum iuitat
ad gloriam . Nec inter uana igit̄ nobis desipiendum est . nec inter
aduersa trepidādum . ibi quidem blandiuntur deceptiones . et hic
grauescunt labores . Sed quia misericordia domini plena ē terra:
adest nobis utiq; uictoria: ut impleatur: quod ait . Nolite timere .
quia ego uici mundum . Siue ergo contra ambitionem seculi siue
contra concupiscentias carnis siue contra hereticoꝝ iacula dimi/
cemus: dominica cruce sepep armemur . Nec enim unq̄ a Paschali
festo recedimus: si a fermento malicie ueteris abstinemus . Inter
omnes nanq; uite huius uarietates que diuersarū plene sunt pas/
sionum: Apostolice exhortationis meminisse debemus : qua nos
instruit dicens: Hoc sentite in uobis: quod et in Christo Iesu: qui
cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se eālem
deo . sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens: in similitu/
dinem hominū factus est . et habitu inuētus ut homo . humiliante
semetipsum: factus obediens usq; ad mortem: mortem autē crucis .

propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomē: quod
 est supra omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur
 celestium: terrestrium: et infernorum: et omnis lingua cōfiteat:
 quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Si magne itē
 pietatis sacramentū intelligitis: et quod pro salute humani generis
 unigenitus dei filius gessit: aduertitis: Hoc sentite in uobis: quod
 et in Christo Iesu: cuius humilitas nulli aspernanda diuitū. nulli
 est erubescenda nobilium. Nec enim in tantum prouehi potest
 quelibet felicitas humana fastigiū: ut estimet sibi pudendū: quod
 manens deus in forma dei deus: non est arbitratus indignū. Imi/
 tamini: quod operatus est. diligite: quod dilexit. et inuenietis in
 uobis dei gratiam. Vestram in illo redamate naturam. quoniam
 sicut paupertate diuitias nō amisit: gloriā humilitate nō minuit:
 eternitatem morte non perdidit: Ita et uos eisdem gradibus
 eisdem uestigis ut celestia apprehendatis: Terrena despiciate.
 Susceptio enim crucis est interfectio cupiditatum: occisio uitioꝝ:
 declinatio uanitatis: et abdicatio omnis erroris. Nam cum Pascha
 domini non impudicus non luxuriosus non superbus celebret. nō
 auarus: nulli tamen ab hac festiuitate longius q̄ heretici sepanē.
 maximeq; illi: qui de uerbi incarnatione male sentiunt. aut mi/
 nuenbo quod est deitatis: aut euacuando quod est carnis. Verus
 enim deus est filius dei: totum habens ex patre: quod est. nullo
 exordio temporalis nulla uarietate mutabilis. nec ab uno diuisus.
 nec ab omnipotente diuersus. **S**empiterni genitoris unigenitus
 sempiternus. ut mens fidelis credens in patrem et filium et spiritū
 sanctum in eandem unius deitatis essentiam nec unitatē gradibus
 diuidat: nec trinitatē singularitate confundat. Nō autē sufficit
 dei filium in sola patris nosse natura: nisi eum non recedentem a
 propriis cognoscamus in nostris. Exinanitio enim illa quā repa/
 rationi impēdit humane: dispensatio fuit miserationis: nō p̄uatio
 potestatis. Nam cum ex eterno consilio dei non esset aliud nomē
 sub celo datum hominibus: in quo oporteat saluos fieri: uisibilis
 uisibilem: intemporalis temporalem: impassibilis passibilem substātiā
 suam fecit: non ut uirtus deficeret in infirmitate: sed ut infirmitas
 in incorruptibilem posset transire uirtutem. **P**ropter quod ipsa
 festiuitas que a nobis Pascha nominatur: apud Hebreos Phase
 idest transitus dicitur. attestante Euangelista aq; dicente. Ante
 diem festum Pasche sciens Iesus quia uenit hora eius: ut transiret

ex hoc mundo ad patrē. Cuius autē nature futurus erat trāsitus iste: nisi nostre? cum inseparabiliter et pater in filio et filius esset in patre? Sed quia uerbum et caro una persona est: non diuidit̄ a suscipiente susceptum. et honor prouehēdi p̄uehētis nominat̄ augmentū: dicente Apostolo qđ iam cōmemorauimus: Propter quod et deus exaltauit illum: et dedit illi nomen: qđ est sup omē nomen. In quo utiq; assumpti hominis exaltatio commendatur: ut in cuius passionibus manet deitas indiuisibilis: Idem coeternus sit in gloria deitatis. Ad hanc p̄ticipationem ineffabilis muneris beatum transitū fidelibus suis ipse dominus preparabat: cū instātē iam proximus passioni. non solum pro Apostolis suis. atq; discipulis sed etiam pro uniuersa Ecclesia supplicaret: et diceret. Nō pro his autem rogo tantum: sed pro uis etiam qui credituri sunt per uerbum ipsorum in me. ut omnes unum sint: sicut et tu Pater in me: et ego in te: ut et ipsi in nobis unum sint. cuius unitatis nullum potuerunt habere consortium: qui in dei filio deo uero humanam negant manere naturam. **I**mpugnatores salutiferi sacramenti. et Paschalis festi exules. Quod quia ab Euangelio dissentiunt: et Symbolo contradicunt: nobiscum celebrare non possunt. quia et si audent sibi Christianum nomen assumere: ab omni tamen natura: cui Christus caput est: repelluntur: uobis in hac sollempnitate merito exultantibus: pieq; gaudētibus: q nullū recipientes in ueritate mendacium: nec de natiuitate Xpi scđm carnem. nec de passione ac morte. nec de corporali resurrectione eius ambigitis: quoniā sine ulla separatione deitatis: uerū Christū ab utero uirginis: uerū in ligno crucis: uerū in sepulchro carnis: uerum in gloria resurrectionis: uerum in dextera paterne maiestatis agnoscitis. Vnde etiam sicut Apostolus ait: Expectamus Saluatorē dominum nostrum Iesum Christum: qui reformabit corpus nostre humilitatis conforme fieri corpori glorie sue. Qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

De Ascensione domini sermo primus.

Post beatam et gloriosam resurrectionē domini nostri Iesu Christi qua uerum dei templū Iudaica impietate resolutū diuina in triduo potentia suscitauit: quadragenarius hodie dilectissimi s̄ctoꝝ dierū expletus est numerus. sacratissima ordinatione

dispositus: et ad utilitatem nostre eruditionis impensus. ut dum
 a domino in hoc spatio mora presentie corporalis extendit: fides
 resurrectionis documentis necessarius muniretur. Mors .n. Xpi
 multorum dispulorum corda turbauerat. et de supplicio crucis
 de emissionem spiritus de exanimati corporis sepultura grauatis
 mestitudine mentibus quidam diffidentie topor obreperat. Nam
 cum sancte mulieres sicut Euangelica pandit historia: reuolutu
 a monumento lapidem et sepulchrum corpore uacuum et uiuentis
 domini testes angelos nuntiarent: uerba earum Apostolis aliisque
 discipulis deliramentis similia uidebantur. **Q**uam utique hesitatione
 humana infirmitate nutatem nequaquam permisisset spiritus ueritatis
 predicatorum suorum inesse pectoribus: nisi illa trepida sollicitudo
 et curiosa contatio nostre fidei fundamenta iecissent. **N**ostris
 igitur perturbationibus nostris periculis in Apostolis consulebatur.
 Nos in illis uiris contra calumnias impiorum et contra terrene
 argumenta sapientie docebamur. Nos illorum instruit aspectus.
 nos erudiuit auditus. nos confirmauit attactus. gratias agamus
 diuine dispensationi: et sanctorum patrum necessarie tarditati.
 Dubitatum est ab illis: ne dubitaretur a nobis. **N**on ergo u dies
 dilectissimi qui inter resurrectionem domini ascensionemque flux/
 erunt: ocioso transiere decursu. Sed magna in eis confirmata
 sacramenta magna sunt reuelata mysteria. In eis metus dire mortis
 aufertur. et non solum anime sed etiam carnis immortalitas declaratur.
 In eis per insufflationem domini infunditur Apostolis omnibus
 spiritus sanctus. Et beato Apostolo Petro supra ceteros post
 regni clauis ouilis dominici cura mandatur. In eis diebus duobus
 discipulis tertius in uia dominus iungitur comes. et ad omnem nostre
 ambiguitatis caliginem detergendam pauentium ac trepidantium
 tarditas increpatur. Flammam fidei illuminata corda concipiunt.
 et que erant trepida: referante scripturas domino efficiuntur ardē/
 tia. In fractione quoque panis conuescentium apperuntur obtutus.
 multo felicius eorum oculis patefactis quibus nature sue manifestata
 est glorificatio: quam illorum generis nostri Principum: quibus pre/
 uaricationis sue est ingesta confusio. Inter hec autem aliaque miracula
 cum discipuli trepidis cogitationibus estuarent: et apparuisset in
 medio eorum dominus: dixissetque pax uobis: ne hoc remaneret
 in eorum opinionibus: quod uolebatur in cordibus: putabant enim
 se spiritum uidere non carnem: redarguit cogitationes a ueritate

discordes . ingerit dubitantium oculis manentia in manibus suis et pedibus crucis signa . et ut diligentius tractetur : inuitat . Quia ad sananda infidelium cordium uulnera : clauorum et lancee erant seruata uestigia . ut non dubia fide sed constantissima scientia tenerent eam naturam in dei patris confessuram throno : que iacuerat in sepulchro . **P**er omne ergo hoc tempus dilectissimi quod iter resurrectionem et Ascensionem domini exactum est : hoc prudentia dei curauit : hoc docuit : hoc suorum et oculis insinuauit et cordibus : ut dominus Iesus uere agnosceretur resuscitatus : quod uere erat natus : et passus : et mortuus . Vnde beatissimi Apostoli omnesque discipuli qui et de exitu crucis fuerant trepidi : et de fide resurrectionis ambigui : ita sunt in ueritate perspicua roborati : ut domino in celorum eunte sublimia : non solum nulla afficerentur tristitia : sed etiam magno gaudio replerentur . Et reuera magna erat et ineffabilis causa gaudendi : cum in conspectu sancte multitudinis super omnium creaturarum celestium dignitatem humani generis natura conscenderet supergressura angelicos ordines . et ultra archangelorum altitudines eleuanda . nec ullis sublimitatibus modum sue proelevationis habitura : nisi eterni patris recepta confessu illius glorie sociaretur in throno : cuius natura copulabatur in filio . Quia igitur Christi ascensio nostra est proelevationis : et quo processit gloria capitis : eo spes uocatur et corporis : Dignis dilectissimi exultemus gaudio : et pia gratiarum actione letemur . Hodie enim non solum paradisi possessores firmati sumus : sed etiam celorum in Christo superna penetrauimus : ampliora adepti per ineffabilem . Christi gratiam : quam per diaboli amiseramus inuidiam . Nam quos uirulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit : eos sibi incorporatos dei filius ad dexteram patris collocauit : cum quo uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen .

De Ascensione domini eiusdem sermo secundus .

Sacramentum dilectissimi salutis nostre quam precioso sanguinis sui uniuersitatis conditor estimauit : a die corporalis ortus usque ad exitum passionis per dispensationem humilitatis impletum est . Et licet multa etiam in forma serui diuinitatis signa radiarent : proprie tamen illius temporis actio ad demonstrandam suscepti hominis pertinuit ueritatem . Post passionem uero ruptis mortis

uinculis que uim suam in eum qui peccati erat nescius: intēdendo
 perdidit: infirmitas in uirtutem: mortalitas in immortalitatē:
 Contumelia transiuit in gloriam: quam dominus Iesus Christus
 in multis manifestisq; documētis multorum declarauit aspectibus
 donec triumphum uictorie quem reportarat a mortuis: inferret
 et celis. Sicut ergo í sollēnitare paschali resurrectio domini fuit
 nobis causa letandi: ita ascensio eius ad celos presentium nobis est
 materia gaudiorum. recolētibus illam diem et rite uenerantibus:
 qua nature nostre humilitas in Christo super omnem celi militiā
 supra omnes ordines angeloz et ultra omniū altitudinē potestati
 ad dei patris est prouecta cōfessum. Quo ordine operū diuinorū
 nos fundati sumus: ut mirabilior fieret gratia dei: cum remotis a
 conspectu hominū que merito reuerentiā sui sētiebantē indicere:
 fides non diffideret: spes non fluctuaret: caritas non tepesceret.
 Magnarum enim hic uigor est mentium: et ualde fidelium hoc
 lumen est animoz: ~~incōstanter~~ credere que corporeo nō uidentē
 intuitu: et ibi figere desiderium quo nequeas inferre conspectū.
 Hec autē pietas unde í nostris cordibus nasceret: aut quomodo
 quisq; iustificaretur per fidē: si in us tantū salus nostra cōsisteret:
 que obtutibus subiacerent? Vnde et illi uir o qui de resurrectiōe
 Christi uidebatur ambigere: nisi in ipsius carne uestigia passionis
 et uisu explorasset et tactu: quia uidisti me inq; credidisti. beati
 qui non uiderunt: et crediderunt. ¶ **U**t igitur huius beatitudinis
 dilectissimi capaces esse possemus: expletis omnibus que Euāge/
 lice predicationi et noui testamenti mysteriis congruebant: dñs
 noster Iesus Christus quadragesimo post resurrectionē die corā
 discipulis eleuatus in celum corporali presentie sue modum fecit:
 mansurus in patris dextera donec tēpora multiplicandis Ecclesie
 filius presticuta peragantur. et ad iudicandos uiuos et mortuos in
 eadem carne in qua ascendit: adueniat. ¶ **Q**uod itaq; redemptoris
 nostri conspicuum fuit: in sacramenta transiuit. et ut fides excel/
 lētor esset ac firmior: uisioni doctrina successit. cuius autoritatē
 supernis illuminata radis credentium corda sequerentur. ¶ **H**anc
 fidē ascensione domini auctā et spiritus sancti munere roboratā
 non uincula non carceres non exsilia non fames non ignis non
 laniatus ferarū nec exq; sita persequentū crudelitibus supplicia
 terruerunt. Pro hac fide per uniuersum mundum non solū uiri
 sed etiā femine nec tantū impubes pueri sed etiā tenere uirginel

*H. incunantē
 credere*

usq; ad effusionem sui sanguinis decertarunt. Hec fides demonia
eiecit. egritudines depulit. mortuos suscitauit. **V**nde et ipsi beati
Apostoli q; tot miraculis cōfirmati tot sermonibus eruditi et atro-
citate dominice passionis expauerant: et ueritatē resurrectionis
eius non sine hesitatione susceperant: tantū de ascensione domini
profecerūt: ut quicquid illis prius intulerat metū: uerteretur in
gaudiū. Totā enim contēplationē animi in diuinitatē ad patris
dexterā cōsedētis erexerant: nec iā corporee uisionis tardabant
obiectu: quo minus in id aciem mētis intenderent: qđ nec a patre
descendēdo abfuerat: nec a discipulis ascendendo discesserat. Tūc
igitur dilectissimi filius hominis dei filius excellentius sacratiusq;
innotuit: cum in paterne maiestatis gloriā se recepit. et ineffabili
modo cepit esse diuinitate presentior: qui factus est humanitate
longinq; . Tūc ad eq̄lem patri filiū eruditior fides gressu cepit
mentis accedere. et contrectatione i Christo corporee substātie
que patre minor est: non egere qm̄ glorificati corporis manente
natura eo fides credentium uocabat: ubi non carnali manu sed
spiritali intellectu par genitori unigenitus tangeret. Hinc illud
est: quod post resurrectionē dominus Marie Magdalene psonā
Ecclesie gerenti cū ad contactū ipsius pperaret: dicit: noli me
tangere: nondum enim ascēdi ad patrē meū. hoc est nolo qđ ad
me corporaliter uenias: nec ut me sensu carnis agnoscas. ad sub-
limiora te differo. maiora tibi preparo. cum ad patrē ascendero:
tūc me pfectius ueriusq; palpabis. apphensura quod nō tāgis: et
creditura quod non cernis. cū autē ascendētē ad celos dominū
sequaces apostolorū oculi intēta admiratione suspicerēt: astiterūt
corā ipsis angeli duo mirabili uestium candore fulgentes qui et
dixerunt: Viri Galilei qđ statis aspicientes in celū: hic Iesus qui
assumptus est a uobis in celū. sic ueniet: quēadmodū uidistis eum
euntē in celū. Quibus uerbis omnes Ecclesie filii docebantur: ut
Iesus Christus in eadem qua ascenderat: carne uenturus uisibilis
crederetur. nec posset ambigi omnia illi esse subiecta: cui ab ipso
corporee natiuitatis exordio famulatus seruisset Angelicus. Sicut
enim cōcipiendū Christū de spiritu sancto beate uirgini angelus
nuntiauit: sic et editū de uirgine uox celestiuū pastoribus cecinit.
sicut resurrexisse a mortuis supernorū nuntiorū prima testimoia
docuerūt: sic ad iudicandū mundū in ipsa carne uenturū angelorū
officia predicarūt. ut intelligeremus q̄te potestates sint affuturę

iudicaturus: cui tante ministrarunt etiā iudicādo. Exultemus ergo dilectissimi gaudio spiritali: et digna apud dominū gratiarū acti/one letantes liberos cordis oculos ad illā altitudinē in q̄ Christus ē: erigamus. Sursū uocatos animos desideria terrena nō depmāt ad eterna preelectos peritura nō occupent. uia ueritatis īgressos fallaces illecebre non retardent. et ita a fidelibus hec temporalia decurrant: ut peregrinari se in hac mundi ualle cognoscant: in qua etiā si cōmoda blandiantur non amplectenda nequiter: sed transeunda sunt fortiter. Ad hāc enim nos deuotionē beatissimus Petrus Aplūs incitat: et scđam illā dilectionē quā pascēdis Xpi ouibus trina dñici amoris p̄fessione cōcepit obsecrās dicit. Carissi/ mi obsecro uos tanq̄ aduenas et peregrinos abstinere uos a car/ nalibus desideriis que militāt aduersus aīam. Cui autē nisi diabolo carnales militāt uoluptates? q̄ aīas ad supna tendentes corrupti/ biliū bonorū delectatiōibus obligare et ab illis sedibus de q̄bus ille excidit: gaudet abducere. Contra huius insidias sapienter debet fidelis quisq; uigilare: ut et inimicū suū de eo qđ tēptatur possit elidere. Nihil autē ualidius est dilectissimi cōtra diaboli dolos: q̄ benignitas misericordie et largitatis: caritatis p̄ quā om̄e peccatū aut declinat: aut uincit. Sed huius sublimitas uirtutis non prius apprehendit: q̄ illud qđ ei contrariū est: subruat. Quid autē tā inimicū misericordie et opibus caritatis: q̄ auaricia? de cuius radice omniū malorū germē emerit. Que nisi in suis fomitibus euitetur: necesse ē ut in agro cordis illius in quo huius mali plāta cōualuit: spine potius tribuliq; uitioꝝ. q̄ ullū uere uirtutis semen oriatur. Resistamus ergo dilectissimi tā pestifero malo. et caritatē sine q̄ nulla uirtus pōt enitere: sectemur ut p̄ hāc q̄ ad nos x̄ps descēdit: dilectionis uia etiā nos ad ipsū possimus ascendere: cui est cū deo patre et s̄cto spiritu honor et gloria in secula seculorū. Amen.

De Pentecoste eiusdem sermo primus.

Hodiernā sollēnitatē dilectissimi in precipuis festis esse uenerandā: oīm catholicorū corda cognoscūt. Nec dubiū est: quanta huic diei reuerētia debeat: quē spūs s̄ctus excellē/ tissimo sui muneris miraculo cōsecrauit. Nā ab illo die quo dominus sup omnem celorū

altitudinē ad dexterā dei cōfessurus ascendit: decimus iste est q ab
eiusdē resurrectione quāgesimus nobis in eo a quo cepit illuxit.
magna mysteria í se cōtinēs et ueterū sacramētorū et nouorū: qbus
manifestissime declarat et gratiā p̄nūciatā eē p̄ legē: et legē ípletā
fuisse p̄ gratiā. Sicut. n. Hebreo quondā populo ab Egyptiis
liberato quāgesimo die post imolationē agni lex data ē in móte
Syna: ita post passionē q̄ uerus dei agnus occisus est: quāgesimo
a resurrectionis eius die in Apostolos plebēq; credentiū spūs scūs
elapsus est. ut facile diligēs Xpianus agnoscat ítia ueteris testa/
menti Euāgelicis mīstrasse principis et ab eodē spū cōditū fedus
secūdū a quo p̄mū fuerat ístitutū Nā sicut Aplīca testat̄ historia
Cū cōplerent̄ dies Pētecostes: essentq; om̄s discipuli p̄iter in eodē
loco: factus est repente de celo sonus tanq̄ adueniētis spiritus ue/
hemētis: et repleuit totā domū: ubi erant sedentes. et apparuerūt
illis disparte lingue tāq̄ ignis sedens. supra singulos eorū: et repleti
sūt om̄s spū sancto: et ceperunt loqui uariis linguis: p̄t̄ spiritus
sanctus dabat eloqui illis. O q̄ uelox est sermo sapiēcie: ubi deus
magister est. q̄ cito discit: quod docet. Non est adhibita interp̄/
tatio ad audiendū nō consuetudo ad usū. nō tēpus ad studiū. sed
spirante ubi uoluit: spiritu ueritatis: pp̄rie singularum gentium
uoces facte sunt in Ecclesie ore cōmunes. Ab hoc igitur die cha/
rismatū hymbres: flumina b̄ndictionū: om̄e desertū: et uniuersā
aridā rigauerūt: qm̄ ad renouādā faciē terre spiritus dei ferebat̄
super aquas. et ad ueteres tenebras abigendas noue lucis fulgura
coruscabant: cum micantiū splendore linguarū. et uerbū domini
lucidū: et eloquium conciperetur ignitum. cui ad creandum in/
tellectum consumendumq; peccatū et efficacia illuminandi et uis
messet urendi. ¶ **Q**uanuis autem dilectissimi ualde fuerit ipsa res
geste forma mirabilis: nec dubium sic: in illo omnium humanarū
uocum exultante concentu maiestatem spiritus sancti fuisse pre/
sentē: Nemo tamen existimet in uis que corporeis uisa sūt oculis:
diuinam eius apparuisse substantiam. Natura inuisibilis et patri
filioq; communis qualitatem muneris atq; operis sui qua uoluit:
significatione monstrauit. ¶ **P**roprietatem uero essentie sue in
sua deitate cōtinuit: quia sicut nec patrem nec filiū ita nec spiritū
sanctum humanus potest uisus attingere. ¶ **I**n trinitate enim
diuina nihil dissimile nihil ípar est. et om̄ia que de illa possūt sub/
stātia cogitari: nec uirtute nec gloria nec eternitate discreta sūt.

Cumq; in personarú proprietatibus alius sit pater: alius sit filius:
 alius spiritus sanctus: non tamē alia deitas nec diuersa natura ē.
 Siqdem cū & de patre sit filius unigenitus: & spūs patris filiq; sic
 spiritus: non sicut quecunq; creatura: que & patris & filii est: sed
 sicut cū utroq; uiuens & potens & sempiternus & ex eo quod est
 pater filiusq; subsistens. Vnde cū dominus ante passionis sue diem
 discipulis suis sancti spūs sponderet aduentū. Adhuc inquit multa
 habeo uobis dicere: sed non potestis modo illa portare. cum autē
 uenerit ille spiritus ueritatis diriget uos ī omnē ueritatē. Nō. n.
 loquetur a semetipso: Sed quecunq; audiet: loquetur. & futura
 annuntiabit uobis. Omnia que habet pater: mea sunt. ppter ea
 dixi: quia de meo accipiet: & annuntiabit uobis. Non ergo alia
 sunt patris: alia filii: alia spūs sancti. Sed omnia quecūq; habet
 pater: habet & filius: habet & spūs sctus. Nec unq; in illa trini/
 tate: non fuit ista communio. Quia hoc est ibi omnia habere: qđ
 semper existere. nulla ibi tempora: nulli gradus: nulle differētie
 cogitentur. & si nemo de eo potest explicare quod est: nemo au/
 deat confirmare quod non est. Excusabilius enim est de natura
 ineffabili non loqui digna: qđ definire contraria. Quicqđ itaq; de
 sempiterna & ineffabili gloria patris pia possunt corda concipere:
 hoc simul & de filio & de spiritu sancto inseparabiliter atq; indif/
 ferenter intelligāt. Ideo enī hanc beatā trinitatē unū cōfitemur
 deum: quia in his tribus personis nec substantie nec potentie nec
 uoluntatis nec operationis est ulla diuersitas. Sicut ergo detesta/
 mur Arianos: qui inter patrē & filium aliquā uolūt eē distātiā:
 Ira etiā Macedontios pariter detestamur: qui licet patri & filio
 tribuant equalitatem: spiritum tamen sanctum inferioris putant
 esse nature. Non considerantes in eam blasphemiam se incidere:
 que neq; in presenti seculo neq; in futuro sit remittenda iudicio.
 dicente domino: Quicumq; dixerit uerbum cōtra filium hominis:
 remittetur ei. Qui autem dixerit contra spiritum sanctum: non
 dimittetur ei: neq; in hoc seculo neq; in futuro. Permanens itaq;
 in hac impietate sine uenia est: quia exclusit eum a se: per quem
 poterat confiteri. Nec unq; peruenit ad indulgentie remedium:
 qui patrocinatorum sibi non habet aduocatum. Ab ipso enim ē
 aduocatio patris ab ipso sunt lachryme: ab ipso sunt gemitus sup/
 plicantium. Et nemo potest dicere dominum Iesum: nisi in spiritu
 sancto: cuius equalem cum patre & filio omnipotentiam unamq;

deitatem euidentissime predicat Apostolus dicens. Diuisiones autem gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem uero deus: qui operatur omnia in omnibus. **H**is Dilectissimi aliusque documentis quibus innumerabiliter diuinorum eloquiorum coruscat autoritas: ad uenerationem Pentecostes unanimiter incitemur. exultantes in honorem sancti spiritus: per quem omnis Ecclesia catholica sanctificatur. omnis anima rationalis imbuitur. Qui inspirator fidei doctor scientie fons dilectionis signaculum castitatis totius est causa uirtutis. Gaudeant fidelium mentes quod in toto mundo unus deus pater & filius & spiritus sanctus omnium linguarum confessione laudatur. Quodque illa significatio que in specie ignis apparuit: & opere perseverat: & munere. Ipse enim spiritus ueritatis facit domum glorie luminis sui nitore fulgere. Et in templo suo nec tenebrosum aliquid uult esse: nec tepidum. de qua ope atque doctrina etiam iuniorum nobis atque elemosinarum est collata purgatio. Nam hunc uenerabilem diem sequitur saluberrime obseruantie consuetudo. quam utilissimam sibi omnes sancti semper experti sunt. & ad quam sedulo celebrandam pastoralis uos sollicitudine cohortamur: ut siquid maculatum proximis diebus negligentia incauta contraxerit: id & ieiunii censura castiget: & deuotio pietatis emendet. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato autem in id ipsum consueta deuotione uigilias celebremus per Christum dominum nostrum. Amen.

De pentecoste eiusdem sermo Tertius.

DLenissime quidem nobis Dilectissimi causam atque rationem sollempnitatis hodiernae diuinorum eloquiorum textus ostendit: quo sanctum spiritum quinquagesimo post domini resurrectione die qui ab ascensione eius decimus est: infusum Christi discipulis sicut promissus sperabatur: agnouimus. Sed ad nouos Ecclesie filios instruendos addendum est etiam nostri sermonis obsequium. Non enim timemus ut spirituales & eruditi uota fastidiant: ad quorum fructum pertinet: ut amplurimis insinuari uelint: quod ipsi cum magna sui utilitate didicerunt. Fiat ergo per corda hominum dispensatio numerum diuinorum. & seruitutem oris nostri docti indoctique non spernent. illi ut probent se amare quod norunt: isti ut ostendant se desiderare: quod nesciunt. Huic etiam preparatio uestre aderit ipsius largitas: de cuius loqui maiestate gestimus:

ut ad pfectu totius ecclesie & uos capaces & nos faciat abundantes.
 Cum igitur ad intellegendam dignitatem spiritus sancti aciem
 mentis intendimus: nihil diuersum ab excellentia patris & filii co-
 gitemus: quia in nullo ab unitate sua discrepat diuinitatis essentia.
 Sempiternum est patri cōsempiterni sibi filii sui esse genitorem.
 Sempiternum est filio intemporaliter a patre esse progenitum.
 Sempiternum quoq; est spiritui sancto spiritum eē patris & filii.
 & nunq̄ pater sine filio nūq̄ filius sine patre nunq̄ pater & filius
 fuerunt sine spiritu sancto. & omnibus existentie gradibus ex-
 clusis nulla ibi persona sit anterior: nulla posterior. Huius enim
 beate trinitatis & in cōmutabilis deitatis una ē substantia indiuisa
 in opere: & concors in uoluntate. par in omnipotentia equalis in
 gloria. de qua cum sancta scriptura sic loquitur: ut aut in factis
 aut in uerbis aliquid assignet: quod singulis uideatur conuenire
 personis: non perturbatur fides catholica: sed docetur. ut per p-
 prietatem aut uocis aut operis insinuetur nobis ueritas trinitatis.
 & non diuidat intellectus: quod distinguit auditus. Ob hoc enim
 quedā siue sub patris siue sub filii siue sub spiritus sancti appellatiōe
 promuntur: ut confessio credentium in trinitate non erret. que
 cum sit inseparabilis: nunquam intelligeretur esse trinitas: si semp
 inseparabiliter diceretur. Bene ergo ipsa difficultas loquendi cor
 nostrum ad intelligentiā trahit. & per infirmitatē nostrā celestis
 doctrina nos adiuuat. ut quia in deitate patris & filii & spūs sancti
 nec singularitas est nec diuersitas cogitanda: uera unitas & uera
 trinitas possit simul aliquatenus mēte sentiri. sed non possit simul
 ore proferri. **F**undata igit in cordibus nostris Dilectissimi fide.
 qua salubriter credimus: qđ simul tota trinitas una uirtus est: una
 maiestas: una substantia: indiscreta opere inseparabilis dilectiōe:
 indifferens potestate: simul implēs omnia simul cōtinens uniuersa.
 Quod enī ē pater: hoc est & filius: hoc est & spiritus sanctus: et
 uera deitas in nullo esse aut minor aut maior pōt: que sic in tri-
 bus confidenda est personis: ut & solitudinē non recipiat trinitas
 & unitatem seruet equalitas. **H**ac inq̄ dilectissimi fratres fide
 firmiter apprehensa nō ambigamus: qđ cū in die Pētecostes disci-
 pulos dñi spūs sanctus impleuit: non fuit inchoatio muneris: sed
 adiectō largitatis. qm̄ & Patriarche & pphete & sacerdotes om̄sq;
 sancti qui prioribus fuere temporibus: eiusdem sunt spiritus sancti
 sanctificatione uegetati: & sine hac gratia nulla unquā instituta

sacramenta nulla sunt celebrata mysteria: ut eadem semper fuerit
uirrus charismatum: quantum non eadem fuerit mensura donorum.
Ipsi quoque Apostoli ante passionem domini spiritu sancto non ca-
rebant: nec potentia huius uirtutis aberat ab operibus Saluatoris.
& cum discipulis daret infirmitatum curationem: & eiciendorum
demonum potestatem: eius utique spiritus largiebatur effectum: in
quo ipsum immundis spiritibus imperantem Iudeorum negabat
impietas: & diuina beneficia diabolo deputabat. Vnde taliter blas-
phemantes merito illam domini excepere sententiam: qua ait:
Omne peccatum & blasphemia remittentur hominibus. Et quicumque
dixerit uerbum contra filium hominis: remittentur ei: qui autem
dixerit contra spiritum sanctum: non remittetur ei neque hic neque
in futuro. Vnde manifestum est peccatorum remissionem sine spiritu
sancti aduocatione non fieri. neque quemquam sine illo sicut expedit
ingemiscere: aut sicut oportet orare: dicente Apostolo. Quid. n.
oremus: nescimus. sed spiritus postulat pro nobis gemitibus inenar-
rabilibus. Et nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu
sancto: quo uacuari nimis exitiale est. nimisque mortiferum: quia
nunquam ueniam meretur: qui ab intercessore deseritur. **O**mnes igitur
Dilectissimi qui in dominum Iesum crediderant: infusum sibi habebant
spiritum sanctum. & remittendorum peccatorum iam tunc Apostoli acce-
perant potestatem: quando post resurrectionem suam dominus insufflauit:
& dixit. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittentur
eis. Sed illi perfectioni que erat discipulis conferenda: maior gratia
& abundantior inspiratio seruabat. pro qua & que nondum acceperant:
sumerent. & excellentius possent habere: que supererant. propter quod
dominus dicebat: Adhuc multa habeo uobis dicere: sed non potestis
illis illa portare modo. Cum autem uenerit spiritus ueritatis: ille diriget
uos in omnem ueritatem. Non enim loquetur a semetipso: sed que
audierit: loquetur. & futura annuntiabit uobis: Ille me clarifica-
bit. quia de meo accipiet. & annuntiabit uobis. Quid ergo est: quod
dominus promittens discipulis spiritum sanctum qui iam dixerat: omnia que au-
diui a patre nota feci uobis: adhuc inquit multa habeo uobis dicere:
sed non potestis portare modo. Cum uenerit ille spiritus ueritatis:
ille uos diriget in omnem ueritatem. Nunquid sese dominus ueritatis
inferioris scientie uolebat intelligi: aut minus aliquid quam spiritum
a patre didicisse? cum ipse sit ueritas: Et nihil pater dicere nihil
possit docere sine uerbo. Ideoque dictum sit de meo accipiet: quoniam

quod accipit spiritus patre dante dat filius. Non itaq; alia erat
 insinuanda ueritas: nec alia predicanda doctrina. Sed oportebat
 capacitatē eorū qui docebantur augeri. & multiplicari cōstātiā
 illius caritatis: que omnem formidinē foras mitteret. Quod utiq;
 Apostoli posteaqm̄ spiritus sancti noua abundantia sunt repleti:
 ardentius uelle & efficacius posse ceperūt. proficiētes a p̄ceptorū
 sciētia ad tolerantiam passionum: ut sub nulla iam potestate tre/
 pidātes fluctus seculi & elatiōes mūdi fide sup̄grediēte calcarēt:
 & morte contēpta omnibus gētibus Euāgeliū ueritatis inferrēt.
 Quod uero addidit dominus dicens: Quecunq; audierit: loquetur
 & futura annūtiabit uobis: Non segni intellectu Dilectissimi nec
 transitorio accipiamus auditu. Preter alias enī ueritatis locutiōes
 quibus Manicheorum confutatur impietas: hac apertissima sen/
 tētia totum sacrilege falsitatis dogma prosternit. Cuius discipuli
 magnum quendam & sublimē uiderentē sequi autorē in magistro
 suo Manicheo māifeste apparuisse spiritum sanctū crediderūt.
 promissumq; a domino paraclitum nō p̄us uenisse q̄ hic infelicium
 deceptor oriret. in quo ita spiritus sanctus manserit: ut nō alius
 fuerit Manicheus iste qm̄ spiritus: qui per ministerium corporee
 uocis & lingue discipulos suos in omnem induceret ueritatem. et
 nunqm̄ cognita preteritorum secreta seculorum referaret. Quod
 q̄ sit ridiculum quanq; uanum tederet ostendere: nisi adhuc quos/
 dam non puderet hoc credere. Magnus ergo magister falsitatis
 diabolice & conditor superstitionis obscene eo tempore dānandus
 innotuit: quo post resurrectionem domini ducentessimus & sexa/
 gesimus annus impletus est Probo Imperatore Paulinoq; Cōsule
 cum octaua iam in Christianos ebulliret persecutio: & innumera
 martyrum milia ipsis suis uictoris probauissent impletum esse qd̄
 dominus promiserat dicens. Cum aut tradent uos: nolite cogitare
 quo modo: aut quid loquamini. Non enim uos estis: qui loquimini:
 sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Non ergo potuit
 promissio domini tanta per etatū interualla differri: nec ille spi/
 ritus ueritatis quem mundus non accepit impiorū: ita septiformē
 illam donorum suorum continuit largitatem: ut tot Ecclesie ge/
 nerationes sapientia & intellectu scientia & pietate atq; ipso dei
 timore fraudaret: donec prodigiosus mendaciorum signifer na/
 sceretur: Cui nec hoc quidem tribui potest: quod perexiguam
 diuine inspirationis acceperit portionem. Quoniam & hic de illa

inuidie extitit parte que non possunt spiritū ueritatis accipere. Repletus enim spiritu diaboli spiritui resistit Christi. et cū sanctis dei hoc paradisi doctrina contulerit: ut futura predicerent: hic ne falsitates eius ipse rex processus argueret: ridendaꝫ impudētia fabularum in preteritas retorsit etates. & quasi nos nihil ordine creature in uniuersum mundum lex sancta & diuinitus inspirata prophetia docuisset: in contumeliam dei. Et in omnium benedictarum iniuriam naturarum inexplicabilium mendaciorum monstra contexuit. Quibus tandē suas insinaturus insanias nisi multum incestis & nimium a lumie ueritatis auersis qui siue p̄ ignorantie cecitatē siue per turpitudinis appetitum ad illa nō sacra sed execranda perueniunt: que propter communem uerecūdiam non sunt nostro sermone promenda cum iam abundantissime ipsorum sint confessione patefacta. Nulli ergo uestrū dilectissimi suadeatur: qđ tāte impietatis autorem spiritus sanctus aliqua ex parte dignatus sit. Nihil ad istum prorsus de illa uirtute puenit: quā Ecclesie sue Christus promisit. & misit. dicente enim Iohāne Spiritus nondum erat datus: quia Iesus nōdum erat glorificatus: domini ascensio dandi spiritus fuit ratio. quem ille necesse est ut neget datum: qui ad confessum paterne dextere uerum in X̄p̄o hominem negat esse prouectum. ¶ Nos autem Dilectissimi ad beatam eternitatem & anime & carnis per regenerationē sancti spiritus adoptati sacratissimi istius festi diem rationabili obsequio & casta leticia celebremus: confitentēs cū beato Paulo Apostolo: quod dominus Iesus ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus: ut Euangeliū dei per omne hūane uocis eloquium predicetur: & omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus ī gloria est dei patris. Ad presentē autem sollēnitatē etiam nobis est assumēda deuotio: ut ieiunium qđ ex Apostolica traditione subsequitur: sancta obseruātia celebremus. quia & hoc inter maxima sancti spiritus dona numerandum est: quod nobis aduersus illecebras carnis & insidias diaboli ieiuniorū sunt collata presidia. quibus omnes temptationes deo adiuuante uincamus. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato autē apđ beatum Petrū uigilias celebremus. patrocinate eodē spū oratiōibus nostris: ut in om̄ibus misericordiam dei obtinere mereamur. Per eundē dñm nostrū Iesū X̄pm̄ filiū tuū. Qui tecū uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorū Amen.

De pentecoste eiusdem sermo Quartus. *tertius*

Hodiernam Dilectissimi festiuitatem toto terrarum orbe
 uenerabilem ille sancti spiritus cōsecrauit aduētus: qui post
 resurrectionem domini quinōgesimo die in Apostolos populūq;
 credentium sicut sperabat: influxit. Sperabatur quia illum dñs
 Iesus promiserat affuturum: non ut tunc primum esse sanctorum
 habitator inciperet: sed ut sacrata sibi pectora & feruētius accē/
 deret: & copiosius mūdaret. cumulant sua dona nō inchoans nec
 ideo nouus opere, q̄a ditior largitate. Nunq̄ enī ab om̄ipotētia
 patris & filii spiritus sancti est discreta maiestas & quicq̄d in dis/
 positione rerum omnium agit diuina moderatio: ex totius uenit
 prouidentia trinitatis. Vna est ibi benignitas misericordie. una
 censura iusticie. nec aliquid est in actiōe diuisum: ubi nihil est in
 uoluntate diuersum. Quē ergo illuminat pater: illuminat filius:
 illuminat spūs sanctus. Cumq; alia sit persona missi: alia mittētis:
 alia promittentis: simul nobis & unitas manifestatur: & trinitas.
 ut essentia habens equalitatem: & non recipiens solitudinem: et
 eiusdē substantie: & non eiusdem intelligatur esse persone. Quod
 ergo salua cooperatione inseparabilis deitatis quedā pater quedā
 filius quedam proprie spiritus sanctus exequit: nostre redēptiōis
 dispositio nostre salutis est ratio. Si enim homo ad imaginem et
 similitudinem dei factus in sue honore nature mansisset: nec dia/
 bolica fraude deceptus a lege sibi posita p̄ concupiscētia deuiasset
 creator mundi creatura non fieret: neq; aut sempiternus tempo/
 ralitatem subiret: aut equalis deo patri filius deus formam serui &
 similitudinem carnis peccati assumeret. Quia uero inuidia diaboli
 mors intrauit in orbem terrarū: & aliter solui captiuitas hūana
 non potuit: nisi causam nostram ipse susciperet: q̄ sine maiestatis
 sue damno & uerus homo fieret: & solus peccati contagium non
 haberet: diuisit sibi opus nostre repationis misericordia trinitatis:
 ut pater ppitiaret. filius ppitiaret: spūs sanctus igniret. Opor/
 tebat. n. ut aliquid etiam saluandi pro se agerent: & conuersis ad
 redemptorē cordibus ab nimia damnatione discederent. Quoniā
 sicut Apostolus ait: Misit deus spiritū filii sui in corda nostra in
 quo clamamus Abba. pater. Vbi autē spiritus dñi ibi libertas. Et
 nemo potest dicere dominum Iesum: nisi in spiritu sancto. **(S**i
 ergo duce gratia Dilectissimi fideliter sapienterq; noscamus quid

patri quid filio quid spiritui sancto in reparatione nostra primum
quid ue commune sit: ea que pronobis humiliter & corporaliter
gesta sunt. Ita proculdubio suscipiemus: ut nihil indignum de una
atque eadem trinitatis gloria sentiamus. Quauis enim nulla mens
ad cogitandum de deo: nulla ad loquendum lingua sufficiat tamen
quantumcumque illud est: quod humano intellectu de essentia pa-
terne deitatis attingitur: nisi unum atque idem est: cum uel de unigenito
eius uel de spiritu sancto cogitatur: non pie sapitur: sed nimis car-
naliter caligatur. Et ipsum quod de patre congruenter sentiri
uidebatur: amittitur. quia a tota trinitate receditur: si in ea unitas
non tenetur. Nulla autem ratione uere est unum: quod aliqua est
inequalitate diuersum. Cum igitur ad confitendum patrem & filium
& spiritum sanctum actum mentis intendimus: procul ab animo
formas uisibilium rerum & etates temporalium naturarum procul
corpora locorum & loca corporum repellamus. Discedat a corde
quod spatium extenditur. quod fine concluditur. Et quicquid nec
semper ubique nec totum est. Cogitatio de deitate trinitatis concepta
nihil per distantiam intelligat: nihil per gradus querat. At si quid
de deo dignum senserit: nulli hoc ibi audeat negare persone: tamquam
honorificentius patri ascribat: quam filio spirituique non tribuat. Non
est pietas unigenito preferre genitorum. filii contumelia patris est in-
iuria. quam uni demit: utrique substrahit. Nam cum illis & sempiternitas
sit communis: & deitas: nec omnipotens pater nec incommutabilis esti-
mat: si autem minorem se genuit aut quem non habuit: habendo profectus.
dicit quod dominus Iesus discipulis suis: sicut euangelica lectioe recitatum est.
si diligeretis me: gauderetis utique: quia ad patrem uado: quia pater ma-
ior me est. Sed hec ille aures que sepius audierunt: ego & pater unum
sumus: & qui me uidet: uidet & patrem sanctum deitatis accipiunt differentia.
nec de illa hoc essentia intelligunt: quam sempiternam cum patre & eiusdem na-
ture nouerunt esse firma ratioe. Commendatur etiam sanctis Apostolis in
incarnatione uerbi domini humana prouectio. & qui denuntiato
sibi domini turbabantur abscessu: ad eterna gaudia honoris sui
incitantur augmento. Si diligeretis me inquit gauderetis utique: quia uado
ad patrem hoc est si perfecta scientia uideretis: quid uobis glorie
confertur: per hoc quod ex deo patre genitus etiam ex homine
matre sum natus: quod dominus eternorum unus uolui esse mortali-
um: quod uisibilem me inuisibilis prebui: quod formam serui in
forma dei sempiternus accepi: gauderetis: quia uado ad patrem.

Vobis enim prestatur hec ascensio: et super omnes celos ad patris dexteram collocanda uestra humilitas eleuatur. ¶ Ego autem qui hoc sum cum patre: quod pater est: indiuiduus cum genitore permaneo. et sic ab illo ad uos ueniens non recedo: quemadmodum & uos ad illum rediens non relinquo. gaudete ergo: quia uado ad patrem. quia pater maior me est. Unius enim uos mihi. et factus sum filius hominis: ut uos filii dei esse possitis. ¶ Unde licet unus in utroque sim: tamen quo uobis conformor: patre sum minor. Quo autem a patre non diuidor: etiā meipso sum maior. Natura itaque que minor est patre: uadit ad patrem ut ibi sit caro: ubi semp̄ est uerbum. et una Ecclesie catholice fides quem secundū humanitatē non diffitetur minorē: secundū deitatem credat equalem. ¶ Condemnatur igitur dilectissimi uana et ceca uersucia heretice impietatis que sibi huius scientie seua interpretatione blanditur: dicente domino: Omnia que habet pater mea sunt: non intelligat se patri demere: quicquid filio audet denegare. Et ita in his que humana sunt: desipit: ut putet: quod ideo unigenito paterna defuerint: quia nostra suscepit. non minuit in deo misericordia potestatem. nec delata reconciliatio creature sempiternae defectus est glorie. Que habet pater: habet et filius: habet et spiritus sanctus. quia tota simul trinitas est unus deus. Hanc autem fidem terrena sapientia non repperit. Nec opinio humana persuasit. Sed ipse unigenitus docuit. ipse spiritus sanctus instituit: de quo nihil est aliter quā de patre et filio sentiendum. quia licet non sic pater: non sic filius: non tam est a patre filioque diuisus. et sicut propriā habet in trinitate personā: ita unam habet in patris et filii deitate substantiam. oīa implētem omnia continentem et cum patre et filio uniuersa moderantem. Per infinita secula seculorum. Amen.

^{quinto}
 ¶ De Pentecoste eiusdem Sermo. V. Et de eius Ieiunio. I.

Hodiernā dilectissimi festiuitatē de descensione spiritus sancti consecratam sequitur: ut nostris: sollempne ieiunium quod aīis corporibusque curandis salubriter institutum. deuota nobis est obseruantia celebrandū. Repletis namque Apostolis uirtute promissa: & in corda eorum spiritu ueritatis ingresso: non ambigimus inter cetera celestis sacramenta doctrine hanc spiritualis continentie disciplinā de patris magisterio primitus conceptā ut sanctificate ieiunio mētes

conferendis sibi charismatibus fieret aptiores. Aderat quippe Xpi
discipulis protectio omnipotentis auxilii et principibus nascentis
Ecclesie tota patris filique diuinitas in presentia sancti spiritus pre/
sidebat. Sed contra instantes impetus persequentium contra mi/
naces fremitus impiorum non corporis fortitudine nec carnis erat
saturitate certandum: cum hoc maxime hominis interiora cor/
rumpat: quod exteriora delectat. et tanto fiat rationalis anima
purgatior: quanto fuerit substantia carnis afflictior. In itaq; do/
ctores qui exemplis et traditionibus suis omnes Ecclesie filios
imbuerunt: tyrociniū militie Christiane sanctis ieiuniis inchoarūt:
ut contra spirituales nequicias pugnaturo abstinentie arma rapent:
quibus incentiua uitiorum truncarent. Inuisibiles enim aduersarij
et incorporales hostes non erunt contra nos ualidi: si nullis car/
nalibus desideriis fuerimus immerfi. Cupiditas quidem nocendi in
temptatore perpetua est. sed inermis atq; inefficax erit: si nihil in
nobis unde contra nos pugnet: inuenerit. Quis autem hac fragili
carne circumdatus et in isto mortis corpore constitutus etiam qui
multum ualideq; profecerit: ita iam de sua salute securus sit: ut ab
omni se illecebrarum periculo credat alienum? donet licet sanctis
suis quottidianam gratia diuina uictoriā: nō aufert tam dimicandi
materiam. Quia et hoc ipsum de misericordia protegentis est: qui
nature mutabili ne de confecto prelio superbiret: semper uoluit
superesse qđ uinceret. Igit post sancte dies leticie quos in honorē
domini a mortuis resurgentis ac deinde in celos ascendentis exegi/
mus: Postq; pceptum sancti spiritus donū salubriter et necessarie
consuetudo est ordinata ieiunii: ut siqd forte inter ipsa festiuitatū
gaudia negligens libertas et licentia sordinata presumpsit: hoc
religiose abstinentie censura castiget. Que ob hoc quoq; studiosius
exequenda est: ut illa in nobis que hac die Ecclesie diuinitus sunt
collata: permaneant. Templum enim facti spiritus sancti et ma/
iore q̄ unq̄ copia diuini flumis irrigati nullis debemus cōcupiscētis
uinci. nullis uitis possideri. ut uirtutis habitaculum nulla sit con/
taminatione pollutum. Quod utiq; regente atq; adiuuante domio
omnibus obtinere possibile est: si per ieiunii purificationem ac per
mīe opera studeamus et peccatorū sordibus liberari: & caritatis
fructibus eē fecundi. Quicqd. n. in cibos paupū in curatiōes debiliū
in p̄cia captiuorum et in quelibet opera pietatis impenditur: non
minuit: sed augetur. nec unq̄ apud deum perire poterit: qđ fidelis

benignitas erogavit: dum quodcumq; tribuit ad subsidium: id sibi recondit ad premium. Beati enim misericordes: quoniam ipsorum miserebitur deus: neq; delictorū mēoria erit: ubi testimoniū pietatis affuerit. Quarta igitur et sexta feria ieiunemus. Sabbato autē apud beatissimū Petrum Apostolum uigilias celebremus. cuius nos orationibus et a spiritalibus inimicis et a corporalibus hostibus cōfidimus liberari. per dominū nostrum Iesum Christum filium tuū qui tecū uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

De Ieiunio Pentecostes eiusdem Sermo. II.

Ovitandum non est dilectissimi omnem obseruantia Christianam eruditionis esse diuine. et quicquid ab Ecclesia in cōsuetudinem est deuotionis receptum: de traditione Apostolica et de sancti spiritus prodire doctrina. qui nūc quoq; cordibus fidelium suis presidet institutis: ut ea omnes et obediēter custodiant et sapienter intelligant. Nam cum in die Pentecostes quem a pascha domini quinquagesimū celebramus: Promissus a domino spiritus sanctus expectantiū mentes maiori q̄ unq̄ copia et clariore p̄ntia sue maiestatis impleuerit: manifestissime patet inter cetera dei munera ieiuniorum quoq; gratiam que hodiernam festiuitatē idiuisa subsequit̄. tunc fuisse donatā: ut sicut fuit concupiscentia initium peccatorum: ita sit continentia origo uirtutum. In exercendo autē hoc dei munere non ideo segniores esse debemus: quia et Iudei et heretici sepe ab edendi libertate se continent. et apud ipsos pagāos sunt quedam noua ieiunia. Aliud enim agit sub ueritate rō. Aliud sub falsitate deceptio. Apud nos fides etiam sanctificat māducātē. apud illos infidelitas polluit ieiunantē. Vnde quia extra Eccliam Catholicā nihil est integrū: nihil castum: dicente Apostolo: Omne qd̄ non est ex fide: peccatum est: cum diuisis ab unitate corporis Christi nulla similitudine cōparamur. nulla cōmuniōe miscemur. Quod utiq; nobis saluberrimū maximūq; ieiunium est. Ad uirtutē enim continentie nihil prius p̄tinet: q̄ ab erroribus abstinere: quia tunc demū bene ambulatur: cum per uiam ueritatis inceditur. Nā quia angusta et ardua declinantes: procliuia et lata sectando cito in perdicionē deueniunt: melius est gradus lentior per iter rectū q̄ uelocitas festina p̄ deuiū. Agnoscat ergo Catholicus Christianus fructus ieiunii sui. qd̄ etiam inter maximas largitates sterilissimum

erit: nisi de sancti spiritus irrigatione processerit. Cum enim dicat
Apostolus nullas sibi uirtutes sine caritate prodesse: Idemq; dicat
caritatē dei diffusam esse in cordibus nostris per spiritum sanctum
qui datus est nobis. cauendū est: ne bona que facere sine bonitate
non possumus: elatione perdamus. nā oī se merito laude dispoliat:
qui de studiis industrie sue in se magis q̄ in domino gloriat̄. Cum
beatus Dauid doceat in sanctorum operibus deum esse laudandū
dicēs: Mirabilis deus in sanctis suis. deus Israhel ipse dabit uirtutē
et fortitudinem plebi sue. et iterum: domine in lumine uultus tui
ambulabunt. et in nomine tuo exultabunt tota die. et in iusticia
tua exaltabuntur. quoniā gloria uirtutis eorum es tu. **E**t ideo
dilectissimi secundum eruditionem spiritus sancti per quem Eccle
dei omniū uirtutū collata sunt dona: suscipiamus alacri fide sollēne
ieiunium. ut in mandatis que poterimus efficere: contineamus nos
ab inflatione iactantie ad dei gloriā cuncta referentes qui et bo
narum est inspirator uoluntatum: et bonarum ē autor actionum
dicente domino. Sic luceat lux uestra coram hominibus: ut uideāt
opera uestra bona et magnificent patrem uestrum qui in celis ē:
Qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

De Ieiunio Pentecostes eiusdem Sermo. III.

Sanctarum sollempnitatū dilectissimi ordine celebrato & spi
ritualis leticie deuotione completa optet nos ad salubritatem
recurrere parcitatis. remediumq; ieiunii: et exercendis mentibus &
castigandis adhibere corporibus. ut quia non satis de hoc et diuina
monita et propria expiēta docuerunt: p̄mum per sacratioꝝ dierū
recursum diuine pietati gratias referamus. cum scās continentie
delicias appetentes aliquantulū nobis de terrenoꝝ ciboꝝ abūdātia
subtrahamus: ita ut p̄ficiat elemosinis: qđ non impendit̄ mensis.
Tunc enim demum ad anime curationem proficit medicina ieiunii
cum abstinentia ieiuantis esuriem reficit indigentis. Quia ergo
scimus apud misericordem deum ieiunius precellere elemosine lar
gitatem dicente ipso domino Date elemosinam: et omnia munda
sunt uobis: Si animas nostras a peccatorum sordibus cupimus emū
dari: elemosinam pauperibus non negemus. ut in die retributionis
ad promerendā dei misericordiā misericordie operibus adiuuemur
per Christum dominum nostrum. Amen.

De ieiunio Pentecostes eiusdem Sermo. IIII.

INter omnia dilectissimi apostolice instituta doctrine que ex diuine institutionis fonte manarunt: dubiū non ē ifluēre in Ecclesie principes spiritū sancto hanc primum ab eis obseruatiā fuisse conceptam: ut sancti obseruatione ieiunii omnium uirtutū regulas inchoarent. quia multum ad precepta dei excipienda prodesset: si Christiana militia contra incentiua oīa uitioꝝ cōtinentie se sanctificatione muniret. Cum enim per illecebram cibi irrepserit prima causa peccati quo salubriore dei munere utitur redempta libertas: q̄ ut nouerit abstinere a concessis: que frenare se nesciuit a uetitis. Omnis quidem creatura dei bona est. et nihil ē abuciēdū qđ cum gratiaꝝ actione percipitur. Sed non ad hoc creati sumus ut feda et impudenti auditate omnes mundi copias expetamus: tanq̄ qđ licet sumi: non liceat pretermitti. Laudet̄ deus qui hoīm usui tam multa donauit. sed agnoscat rationalis animus maiores delicias menti datas esse q̄ carni. et cum audit per spiritum sanctū dici: post concupiscencias tuas non eas: et a uoluntate tua uetare: intelligat sibi contra omnia que sensibus corporeis blandiuntur: temperantie sectandam esse uirtutem: per quam dum exterioris hominis uoluntas minuitur sapientia interioris augetur. Nō enim idem uigor cordis est sub onere cibi: qui sub lenitate ieiunii. nec eundem sensum potest satietas generare: quem parcitas. Quia cum caro concupiscens aduersus spiritum spiritali cupiditate superat̄: libera obtinetur sanitas: et sana libertas. ut et caro mentis iudicio. et mens dei regatur auxilio. Ad hanc ergo utilitatem nos dilectissimi p̄ns tempus inuitat: ut a resurrectione domini usq; ad aduentum spiritus sancti quinquaginta diebus emensis quos in leticia p̄cipue festiuitatis exegimus: ad ieiuniorū remedia concurramus. ne forte per occasionem licentie blandioris aliquas negligentie culpas delictabilium usus incidere. **T**erra enim carnis nostre nisi assiduū fuerit subacta culturis: cito de segni ocio spinas tribulosq; p̄ducit. et partu degeneri dabit fructum non horreis inferendum: sed ignibus concremandum. Dicente domino omnis plantatio quam nō plantauit pater meus celestis eradicabitur. Custodienda igitur nobis omnium germinum seminumq; generositas quam ex summi agricolae plantatione concepimus. et uigili sollicitudine p̄uidendū ne dei munera aliqua inuidentis inimici fraude uiolentur. et in

paradiso uirtutum non crescat silua uitiorum. Ad declinandum autem hoc malum: nihil est potentius elemosinis atq; ieiunus. dum et carnales cupiditates continentia necat: et desideriorum spiritualium fructus misericordie cura multiplicat. Vnde caritatē uestrā sollemniter admonemus: ut per castigationem corporis et p̄ opera pietatis mundari ab omnium peccatorum sorde curemus. Quarta igitur et sexta feria ieiunemus. Sabbato autem apud beatissimū Petrum Apostolum uigilias celebremus. cuius meritis et oratiōibus ita nos per omnia credimus adiuuandos: ut misericordia dei et ieiunus nostris assit et uotis. per Christum dominum nostrū. Amen.

In Natiuitate Apostolorū Petri & Pauli eiusdē Sermo. I.

Omnium quidem sanctarum sollemnitatum dilectissimi totus mundus est particeps. et unius fidei pietas exigit: ut quicquid pro salute uniuersorum gestum esse recolitur: communibus ubiq; gaudiis celebretur. uerum tamen hodierna festiuitas preter illam reuerentiā quam toto terrarum orbe promeruit: sp̄ali et propria nostre urbis exultatione ueneranda est: ut ubi precuporum Apostolorum glorificatus est exitus: ibi in die martiriorum sit leticie principatus: Isti enim sunt uiri per quos tibi Euāgelium Christi Roma resplenduit. et que eras magistra erroris: facta es discipula ueritatis. Isti sunt patres tui ueriq; pastores qui te regnis celestibus inserendam multo melius multoq; felitius condididerunt: q̄ illi quorum studio prima mentium tuorum fundamenta locata sunt. Ex quibus is qui tibi nomen dedit: fraternam te cede fedauit. Isti sunt qui te ad hanc gloriā puexerūt: ut gēs s̄cta pplūs electus ciuitas sacerdotalis & regia p̄ sacrā beati Petri sedē caput orbis effecta latius p̄sideres religiōe diuina: q̄ dñatiōe terrēa. Quāuis n. multis aucta uictorius ius īperii tui terra mariq; ptuleris: minus tñ ē: qđ tibi bellicus labor subdidit: q̄ qđ pax xp̄iana subiecit. deus nāq; bonus et iustus & oīpotēs q̄ miam suā humāo generi nunq̄ negauit: omēsq; in cōmune mortales ad cognitionē sui abundantissimis semp̄ beneficiis erudiuit: uoluntariā errantium ceccitatem & procliuem in deteriora nequitiam secretiore consilio et altiori pietate miseratus est: mittendo uerbum equale atq; coeternum.

Verbum igitur caro factum ita diuinam naturam nature uniuere
 humane: ut illius ad infima inclinatio nostra fieret ad summa pro/
 uectio. Vt autē huius inenarrabilis gratie per totum mundum
 diffunderet effectus: romanum regnum diuina prouidētia pre/
 parauit. Cuius ad eos limites incremēta pducta sūt: qbus cūctazq;
 undiq; gentiū uicina & continua esset uniuersitas. Disposito nāq;
 diuinitus operi maxime congruebat: ut multa regna uno confe/
 derarentur imperio. & cito peruios haberet populos predicatio
 generalis: quos unius teneret regimen ciuitatis. Hec autē ciuitas
 ignorans sue profectōnis autorem cum pene omnibus dominaret
 gentibus: omnium gentium seruebat erroribus. & magnam sibi
 uidebatur assumpsisse religionem quia nullam respueret falsitatē.
 Vnde quanto erat per diabolum tenacius illigata tanto p Xpm
 est mirabilius absoluta. Nā cum duodecim Apostoli accepta per
 spiritum sanctum omniū locutione linguazq; imbuendū Euāgelio
 mundum distributis sibi terrarum partibus suscepissēt: beatissimus
 Petrus princeps Apostolici ordinis ad arcem Romani destinatur
 Imperu. ut lux ueritatis que in omnium gentium reuelabatur sa/
 lutem: efficacius se ab ipso capite per totū mūdi corpus effūderet.
 Cuius autē nationis hoīes in hac tunc turbe non essent: aut que
 usq; gentes ignorarent: quod Roma didicisset? hic conculcande
 philosophie opiniōes hic soluēde erant terrene sapiētie uanitates.
 hic cōfurādus demonū cultus: hic omniū sacralegiorum impietas
 destruenda: ubi diligentissima supstitione erat collectū quicqd usq;
 fuerat uanis erroribus institutū. Ad hanc ergo urbē tu beatissime
 Apostole Petre uenire non metuis: & consorte glorie tue Paulo
 aliazq; adhuc Ecclesiazq; ordinatiōibus occupato siluā istā fremē/
 tium bestiazq; & turbulentissime pfunditatis oceanū constantior
 ingrederis. Nec mūdi dominā times Romā: qui ī Cayphe domo
 expaueras sacerdotis Ancillā. Nūqd aut iudicio Pilati aut seuitia
 Iudeorū minor erat uel in Claudio potestas: uel in Nerone cru/
 delitas? Vicebat ergo materiā formidinis uis aōris. nec estimabas
 errori cedendū: dū horum saluti cōsulis: quos suscepas diligēdos.
 Hūc ergo intrepide caritatis affectū iam tunc pfecto cōceperas:
 qn professio tui amoris in dñm trine interrogationis est solidata
 mysterio. Nec aliud ab hac mentis tue intentione quesitum est: q
 ut pascendis eius quem diligeres ouibus cibū quo ipse eras opinatus
 impenderes. Augebant quoq; fiduciam tuam tot signa miraculozq;

tot dona charismatum atq; experimenta uirtutum. Lam populos
q ex circuncisione crediderant: erudieras. iā Antiochenā Ecclesiā
ubi primum Christiani nominis dignitas est orta: fundaueras. Iā
Pontum. Gallatiam Cappadociam Asiam atq; Bithyniā legibus
Euangelice predicationis impleueras. nec aut dubius de puectu
operis aut de spatio tue ignarus etatis tropheū crucis Xpi Ro/
manis arcibus inferebas. quo te diuinis p̄ordinationibus antebāt
& honor potestatis & gloria passionis. Ad qm̄ beatus coapostolus
tuus uas electionis & specialis magister gentium Paulus occurrēs
eodem tibi cōsociatus est tempore: quo iam om̄nis innocētia om̄is
pudor om̄isq; libertas sub Nerōis laborabat impio. Cuius furor
per om̄iū uitiorum inflammatus excessum in hūc eum usq; tor/
rētē sue p̄cipitauit insanie. ut primus nomini Xpiano atrocitatē
generalis p̄secutionis inferret. quasi p̄ sanctorū necesse gratia posset
extingui: quibus hoc ipsum erat maximum lucrum: ut contēptus
uite huius occidue preceptio fieret felicitatis eterne. Preciosa ergo
est in conspectu domini mors sanctorum eius. Nec ullo crudeli/
tatis genere destrui potest: sacramento crucis Xpi fundata religio
Non minuitur p̄secutionibus Ecclesia: sed augetur. & semper
dominicus ager segete ditiori uestitur: dū grana que sigula cadūt:
multiplicata nascuntur. **V**nde duo ista preclara diuini germina
seminis in quantam sobolem pullularint: beatorū milia Martyrū
protestātur: quia Apostolicorū emuli triumphorū urbē nōstram
purpuratis & longe lateq; rutilātibus populis ambierunt: & quasi
ex multarū honore gēmarum cōserto uno diademate coronarūt.
De quorum presidio dilectissimi diuinitus nobis ad exemplū pa/
tientie & cōfirmationem fidei preparato uniuersaliter quidem in
om̄ium sanctorum commemoratione letandum est. Sed in horū
excellētia patrum merito est excellētius gloriandū: quos gratia
dei in tantum apicem in om̄ia Ecclesie membra prouexit: ut eos
in corpore cuius caput est Xpus: quasi geminū cōstitueret lumen
oculorum. de quorum meritis atq; uirtutibus que om̄em loquendi
superant facultatem: nihil diuersum: nihil debemus sc̄ire discretū.
quia illos & electio pares. & labor similes. & finis fecit equales.
Sicut autem & nos experti sumus: & nostri probauere maiores:
credimus: atq; confidimus: inter om̄nes labores istius uite ad obti/
nendā misericordiā dei sēper nos specialiū patronorū oratiōibus
adiuuandos. ut quantum propriis peccatis deprimimur tantum

Apostolicis meritis erigamur. Per dominum nostrum Iesum Xpm
cui est honor cum patre & cum sancto spiritu eadem potestas una
diuinitas in secula seculorum. Amen.

In natiuitate Apostolorum Petri & Pauli eiusdem sermo secundus.

EXultemus in domino dilectissimi & spiritali iucunditate letemur:
quia unigenitus dei patris filius dominus noster Iesus Xpus
ad insinuanda nobis diuinitatis mysteria: Apostolici ordinis pri-
mum beatum Petrum huic ciuitati dignatus est prerogare: Cuius
hodierna festiuitas recurrente triumpho martiri specimen & decus
contulit orbi terrarum. Hoc enim obtinuit dilectissimi illa con-
fessio que a deo patre inspirata Apostolico cordi omnium humanarum
opinionum incerta transcendit. & firmitatem petre: que nullis im-
pulsionibus quateretur: accepit. Euangelica quidem referente
historia omnes Apostolos dominus quid de se homines opinentur:
interrogat. At ubi quid habeat discipulorum sensus: exigitur: ille
primus est in domini confessione: quod primus est in Apostolica dig-
nitate. Qui cum dixisset: Tu es Christus filius dei uiui: Respondit
ei Iesus: Beatus es Simon Bariona quia caro et sanguis non reue-
lauit tibi: sed pater meus qui in celis est. Ideo beatus es: quia pater
meus te docuit. nec opinio te terrena fefellit: sed inspiratio celestis
instruxit. & non caro et sanguis sed ille me tibi cuius sum unigenitus:
iudicauit. Et ego inquit dico tibi: hoc est sicut pater meus tibi
manifestauit diuinitatem meam: ita ego notam tibi facio excel-
lentiam tuam. Quia tu es Petrus: id est cum ego sim inuolabilis
petra: ego lapis angularis qui facio utraq; unum: Tamen tu quoque
petra es: quia mea uirtute solidaris: ut que mihi potestate sunt propria
sint tibi mecum participatione communia. Supra hanc petram
edificabo Ecclesiam meam. et porte inferi non preualebunt ad-
uersus eam. Super hanc inquit fortitudinem eternum extruam templum
et Ecclesie mee celo inferenda sublimitas in huius fidei firmitate
consurget. hanc confessionem porte inferi non timebunt. mortis
uincula non ligabunt. Vox enim ista uox uite est. et sicut con-
fessores suos in Ecclesia prebuit: ita negatores ad inferna demergit.
Propter quod dicitur beato Petro Apostolo: Tibi dabo clauem
regni celorum. et quecumque ligaueris super terram: erunt ligata
et in celis. Transiit quidem in Apostolos alios uis istius potestatis.
sed non frustra uni commendatur: quod omnibus intimet. Petro

enim singulariter hoc creditur: quia cunctis Ecclesie rectoribus Petri forma proponitur. Manet ergo Petri priuilegium: ubi cūq; ex ipsius fertur equitate iudicium. nec nimia est uel seueritas: uel remissio: ubi nihil erit ligatum: nihil solutū: nisi quod Petrus aut ligauerit: aut soluerit. Instante autem passione sua dominus que discipulorum suorum erat turbatura constantiam: Simon inquit Simon ecce Satanas ex postulauit: ut uos cribraret sicut triticū. Ego autē rogauit pro te: ut non deficiat fides tua. & tu aliquādo conuersus confirma fratres tuos: ne intrent in temptationē. Comune erat omnibus Apostolis periculū de temptatione formidinis. & diuine protectionis auxilio pariter indigebant. qm̄ diabolus omnes exagitare: omnes cupiebat elidere. et tamē specialis a dño Petri cura suscipitur: & pro Petri fide proprie supplicatur. tanq̄ aliorum status certior sit futurus: si mēs principis uicta nō fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur. & diuine gratie ita ordinatur auxilium: ut firmitas que per Christum Petro tribuit: per Petrum Apostolis conferatur. Nam & post resurrectionem suam dominus beato Petro Apostolo post regni clauis ad trinam eterni amoris professionem mystica insinuatione ter dixit: pasce oues meas. quod & nunc proculdubio facit. & mandatū domini pius pastor exequitur. confirmans nos exhortationibus. & pro nobis orare non cessans: ut nulla temptatione superemur. Si autē hanc pietatis sue curam populo dei sicut credendū est: ubiq; pre-tendit: quanto magis alumnis suis opem suam dignatē impendere: apud quos in sacro dormitionis thoro eadem qua presedit carne requiescit. ¶ Cum ita dilectissimi tantum nobis uideamus p̄sidium diuinitus institutum: rationabiliter & iuste in ducis nostri meritis & dignitate letamur. gratias agētes sempiterno Regi & redēptori nostro Iesu Christo q̄ tantam potentiam dedit ei: quem totius Ecclesie Principem fecit. ad gloriam & laudem nominis sui. Qui cū deo patre & spū s̄cto uiuit & regnat ī secula seculorū. Amē.

¶ In octaua Apostolorū Petri & Pauli eiusdē. Sermo

Religiosam deuotionem dilectissimi qua ob diem castigationis & liberationis nostre cunctus fidelium populus ad agendas deo gratias cōfluebat: pene ab omnibus proxime fuisse neglectā: ipsa paucorum qui affuere: raritas demonstrauit & cordi meo

multū tristitie intulit: & plurimum timoris incussit. Magnum enī
 piculum est esse homines ingratos deo: & p obliuionē beneficiorū
 eius nec de correptione cōpungi. nec de remissione letari. Vereor
 igit̄ dilectissimi ne uox illa Prophetica tales increpasse uideatur:
 que dicit: Flagellasti eos: & nō doluerūt. castigasti eos: & nolue/
 rūt accipe disciplinā. Que enī ī eos correptio ostēdit: ī qbus tāta
 auersio reperit: pudet dicere. sed necesse ē nō tacere: plus impen/
 dit demonis: q̄ apostolis. & maiorē obtinēt spectacula frequētiā:
 q̄ beata martyria. q̄ hāc urbē reformauit saluti: q̄ a captiuitate
 eruit: quis a cede deffendit: ludus cyrcensiu: an cura sanctorum?
 quoz utiq; precibus diuine cēsūre flexa sentētia est: ut q merebat̄
 iram: serualet̄ ad ueniā. **T**angat obsecro dilectissimi cor uestz
 illa sententia Saluatoris: q cum decē leprosos misericordie uirtute
 mūdasset: unū tm̄ dixit ex eis ad agēdas gratias reuertisse. signifi/
 cans fideliter de ingratīs: quod huic pietatis officio etiā si corporis
 assequuti sūt sanitatē: nō tm̄ sine animi impietate defuerunt. Ne
 ergo ista ingratorū nota etiā uobis dilectissimi possit ascribi: re/
 uertimini ad dominū: intelligētes mirabilia que in uobis dignatus
 est opari. & liberationē nostram nō sicut opinant̄ impu: stellarū
 effectibus sed ineffabilis omnipotētis dei misericordie deputantes:
 q corda furentiū Barbaroz mitigare dignatus est: ad tāti uos be/
 neficiu memoriā toto fidei uigore cōferte. Grauis negligētia mai/
 ore satisfactioe curanda ē. Ad emēdationē nostrā utamur lenitate
 parcētis: ut beatus Petrus & omnes sācti q nobis in multis tribula/
 tionibus affuerunt: obsecrationes nostras p uobis apud misericordē
 deū iuuare dignent̄. Per Christum dominum nostrum. Amen.

In natiuitate sanctorum septem fratrum

Martyrum Machabeoz eiusdē sermo.

Qratias dilectissimi dño deo nostro qđ quāta sit huius diei
 sollēnitatis etiā si ego taceā: cōuentus uester ostendit. Iā enī
 cōspiranti studio & deuoto aīmo cōuenistis: ut festiuitatis magni/
 ficētiā etsi sermo non indicet: cōgregatio tm̄ ipsa testet̄: et recte.
 Duplex. n. causa leticie ē: ī q̄ & natalē Ecclesie colimus: & Mar/
 tyrū passiōe gaudemus. nec īmerito digne Ecclesia hoz exultat
 martyrio: quoz ornat̄ exēplo. Causā ergo sollēnitatis hodiernę
 dilectissimi plenissie sacre historie lectioe didicistis. nec latere uos

potuit: quē in tāto rex gestarū ordine exceperitis auditum: cum gloriosā septē Martyrū matrē exultāti & nō tacto honoraretis affectu ī singulis qdē filis passā: sed ī oībus coronatā. Subsequuta est enī felici exitu quos inuictō p̄misit hortatu. beata genitrix beata p̄genies memorabilis p̄cedētū fortitudo. Nā cū ī illo ordie mortū et ī illa dispositiōe penarū id seuisimi Regis excogitasset impietas: ut uictoriā sibi et de p̄mis p̄mitteret: quos sine tolerantie cruciaret exemplo: & de postremis quos ī supplicio torqueret alieno: multiplicata sūt Martyrū palme. et dū singuli in oībus uincūt. p̄ter coronas pp̄rias oīes acsiuere septenas. Sed hec ad fructuosā recolēda sūt auriū uoluptatē. īflat sciētia: nisi edificet obediētia. grauāt audita: nisi suscipiant iuitāda. Nec enim quia cessauit p̄secutor: & tortor: qa iā deo militāt potestates: desunt Christianis: q̄s supent passiones. Fili inqt accedens ad seruitutem dei sta ī iusticia & timore & p̄para animā tuā ad tēptationem. & Apostolus dicit: Quicūq; in X̄po pie uolūt uiuere: persecutionē patiūt p̄pter iusticiā. Qui ergo putas q̄uissē p̄secutiōem & nullū tibi cū hostibus esse cōflictū: intimū cordis tui scrutare secretū. & oīes recursus anime tue diligens explorator ingredi: & uide si nulla te impugnat aduersitas: si nullus tyrannus uult ī mētis tue arce dñari. Noli cū auaricia pacē firmare. & iniquorū quēstuum incrementa cōtemne. Supbie cōcordiā nega. & magis time ī gloriā suscipi: q̄ ī humilitate calcari. Dissociare ab ira. Nec dolorem inflāmet inuidie cupido uindictē. Renūtia uoluptati. auertere ab inuidicia. pelle luxuriā. fuge iniquitatē. obnitere falsitati. et cum uideris te multiplicē habere pugnā: tu quoq; imitator Martyrū numerosā quere uictoriā. Totiēs enī peccatis morimur: quotiens in nobis peccata moriūt. & p̄ciosa ī cōspectu dñi etiam ista mors factoz eius ubi homo occidit mūdo. nō terminatiōe sensuum: sed fine uitioz. **S**i ergo carissimi nō ducitis cū infidelibus iugum: si peccatores eē desistitis: & nullis carnaliū cupiditatū tēptatiōibus creditis: sollēnē hāc diē celebratis. & nō solū Martyres ac Martyrū matrē: sed etiā illius memoriā iusto honore ueneramini: q̄ hoc die ātiquā festiuitatē huius loci cōsecratiōe gemāuit. Magnificus quidem structor parietum sed magnificentior edificator animarum: ultra eui sui terminos opera pietatis extendens. ut utilitatibus institutionum eius etiam in ipso frueretur deuota posteritas. et habitando quod condidit: & faciendo quod docuit.

Omnia ergo dilectissimi que oculis cernitis: & mēte meministis: ad profectum uestre edificationis assumite. & ita unusquisq; uestrum p̄parato a maioribus utat̄ habitaculo: ut í seipso meminerit tēplū dei esse fūdatū. nihil structure sue prauū: nihil supponat infirmū sed unus ex electis lapidibus cōgruēdo per ídissolubilē cōnexionē crescat in dñici corporis unitatem: auxiliante domino nostro Iesu Christo q̄ cū patre & sp̄u sc̄o uiuit & regnat í secula seculorū: Am̄.

In Natiuitate Sancti Laurēti martyris eiusdē Sermo.

Quoniam omnium dilectissimi summa uirtutum & totius plenitudo iusticie de illo amore nascatur: quo deus pro ximusq; diligit: In nullis profecto his amor sublimius excellere clariusq; fulgere q̄ í beatissimis martyribus inuenit̄: q̄ domino nostro Iesu Christo pro omnibus hominibus mortuo tam propinqui sunt imitatione caritatis q̄ similitudine passionis. Quauis enim illi dilectioni qua dominus nos redemit: nulla cuiusq; benignitas possit eq̄ri: qa aliud est pro iusto mori hominem sua necessitate moriturum: aliud pro impiis occumbere a debito mortis alienum: multū tamen uniuersis hominibus etiam Martyres contulerunt: quorum fortitudine ita eius largitor usus est dominus: ut penam mortis & atrocitatē crucis nulli suorum uellet esse terribilem. sed in ultis faceret imitabilem. si ergo nullus bonus sibi soli est bonus: nec cuiusq; sapientis sibi tantū sapientia est amica: & hec uerarum natura uirtutū est: ut multos a tenebroso abducat errore: qui earum clarus est lumine: Ad erudiendum dei populum nullorum est utilior forma q̄ martyrū. Sic eloquentia facilis ad exhortandum: sit ratio efficax ad suadendū: ualidiora tamē sunt exempla q̄ uerba. & planius est opere docere q̄ uoce. In quo excellentissimo genere beatus Martyr Laurētius cuius passionis dies hodiernus illustris est: q̄ gloriosa polleat dignitate: etiam persecutores eius sentire potuerunt. cum illa mirabilis animi fortitudo de Christi principaliter amore concepta nō solum ipsis nō cederet: sed etiam alios exemplo sue tolerantie roboraret. Cum furor gentilium potestātū in electissima quoq; Christi mēbra seiret ac precipue eos qui ordinis erant sacerdotalis impereret: in leuitam Laurentium qui non solum ministerio sacramentorū sed & dispensatiōe ecclesiastice substātie p̄minebat: impius p̄sequutor efferbuit. Duplicem sibi predā de unius uiri cōprehēsiōe p̄mittēs:

quē si fecisset sacre pecunie traditorem: faceret etiā sacre religiōis
exortē. Armāt itaq; gemīa face homo pecunie cupidus: & ueritatis
inimicus. auaricia: ut rapiat aurum. impietate: ut auferat Christū.
Postulat sibi ab immaculato sacrariū p̄sule opes ecclesiasticas: q̄bus
audissimus inhiabat: īferri. cui leuita castissimus ubi eas repositas
haberet: ostendens: numerosissimos sanctorum pauperum obtulit
greges: in quorū uictu atq; uestitu inamissibiles condiderat facul/
tates. que tāto integrius erant salue q̄to sanctius p̄babāt exp̄se.
Fremit ergo predo frustratus. & in odium religionis que talem
diuitiarū usum instituisset: ardescens direptionem thesauri potioris
aggreditur. ut apud quē nullam denarioꝝ substantiā repperisset:
illud depositum ei quo sacratius erat diues: auferret. Renuntiare
Christo Laurentium iubet. & solidissimam illam leuitici animi for/
titudinem diris parat urgere supplicis. **Q**uorum ubi minora nil
optinent: uehementiora succedunt. Laceros artus & multa uerbez
sectione cōcisos subiecto precipit igne torrerit. ut per cratē ferreā
que iam de feruore continuo uim ex se haberet urendi: cōuersoꝝ
alterna mutatione membroꝝ: fieret cruciatus uehemētior. & pena
productior. Nihil obtines nihil proficis seua crudelitas. Subtrahit
tormentis tuis materia mortalis. & Laurentio in celos abeunte tu
deficis. flammis tuis superari caritatis Christi flamma non potuit. &
segnior fuit ignis: qui foris ussit: q̄ q̄ intus accendit. Seruisti per/
sequator Martyri: cū seuisi. auxisti palmam: dum aggeras penā.
Nam quid non ad uictoris gloriā ingenium tuum repperit: q̄n
in honorem transierunt triūphi etiā instrumenta supplicis? Gau/
deamus igitur dilectissimi gaudio spiritali & de felicissimo indyti
uiri sine gloriemur in domino: q̄ est mirabilis ī sanctis suis in q̄bus
nobis & presidium constituit: & exemplum. atq; ita per uniuersum
mūdum clarificauit gloriā suā: ut a solis ortu usq; ad occasum
leuiticorum luminum coruscāte fulgore q̄ glorificata est Hiero/
solyma Spephano: tam illustris fieret Roma Laurentio. Cuius
oratione & patrocinio adiuuari nos sine cessatione confidimus. ut
quia omnes sicut Apostolus ait: q̄cunq; uolunt in X̄po pie uiuere
persequutionem patiantur: corroboremur spiritu ueritatis. & ad
superandas om̄es tēptationes cōstantis fidei p̄seuerātia munitamur.
Per dñm nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecū uiuit
& regnat in unitate spiritus sancti deus p̄ om̄ia secula seculoꝝ. Am̄.

111

**De Ieiunio septimi mensis id est
Septembris eiusdem Sermo. I.**

Observantiam quidem uestram dilectissimi ita nouimus esse deuotam: ut animas uestras non solum legitimis sed etiã uoluntariis ieiuniis excolatis. Tamen aduicienda est huic studio. etiã nostre admonitiõis exhortatio: ut si q sunt i hoc exercitio tardi/ores in his saltem diebus cõmuni abstinẽtie se obediẽter adiũgant: in quibus nos oportet sacratissimam cõsuetudinẽ attẽctius celebrare. ut p humilitatẽ ieiunii cõtra omnes hostes nostros diuinũ mereamur auxilium. Res enim est precipui operis quam & ex autoritate in/ dicimus: & ex caritate suademus. ut paululũ edẽdi libertate com/pressa castigationi: corporis & pauperũ studeamus alimonie: quos qui reficit: animã suam pascit. & tẽporales epulas in delicias mutat eternalis. In locũ igitur malarum cupiditatum sanctoꝝ desiderioꝝ incrementa succedant. Cesset iniquitas. sed non sit ociosa iusticia. quem nullus patitur opprimẽtem: sentiat aliquis adiuuantẽ. parũ est enim nõ auferre aliena: nisi largiaris & propria. sub oculis iusti iudicis sumus. qui nouit quantam unicuiq; bene operanti dederit facultatẽ. nõ uult ociosa eẽ munera sua: q seruis suis sic mysticoꝝ talẽtorum mensuras distribuit. ut creditum q liberaliter erogasset. augetet. qui steriliter seruasset: amitteret. Et ideo dilectissimi ga septimi mensis ieiunium nos celebrare cõuenit. sanctitatem uestrã monemus: ut quarta & sexta feria ieiunemus: Sabbato uero apd beatum Petrum Apostolum uigilemus cuius suffragãibus meritis ab oĩbus tribulatiõibus mereamur absolui. p xpm dñm nostꝝ A.

De eodem Sermo. II.

Deus humani generis conditor & redemptor qui nos ad pro/missiões uite eterne p semitas uult ambulare iusticie de futura temptatione que nobis in itinere uirtutum insidiosis aduersaretur occurribus: multis nos presidis dilectissimi i quibus laqueos diaboli obtereremus instruxit. inter que hoc famulis suis saluberrimum contulit: ut contra omnes inimici dolos fortitudine se continentie & operibus pietatis armarẽt. Ille enim qui ab initio primis hoĩbus interdicti cibi inseruit appetitum: & male credulis per illecebram edendi omnium concupiscentiarum uirus infudit: easdem fraudes

retractare non desinit. & in natura quā scit suis seminibus incitatā esse & corruptam: sationis sue germen inquit. ut ad labefactāda studia uirtutis: desiderium uoluptatis accēdat. quoniā pena ipsius est prouectio Christiana. Nec potest eorum animos aliquo modo ledere: q̄ nouerunt auxiliante domino in sua carne regnare. Ra-
tionabili ergo moderatiōe sanctoq; pposito frenande sunt rebelles cupiditates. nec sinendū ē ut castis & spiritalibus desideriis corpales cōcupiscētie reluctēt. Agnoscat interior homo exterioris sui se eē rectorē. ut mens diuino gubernata dominatu terrenā substantiā in bone uoluntatis cogat obsequium. Nec enim deest nobis ad hūc ordinem obseruandum misericordissimi Regis auxiliū: qui nos saluberrime obseruantie ratione informauit: pferiens nobis per temporum recursus quosdam ieiuniorum dies in quibus casti-
gatione corporum uirtus roboraretur animorum. Huius autem remedii munus dilectissimi etiam in isto qui septimus est: mense depositum est: qđ nos prompta conuenit alacritate suscipere. Ve preter abstinentiam qua quisq; se peculiariter atq; priuatim scđm modum sue possibilitatis exercet. Hec que om̄ibus simul indicitur: animosius celebretur. Nam in omni agone certaminis Christiani utilitas continentie plurimum ualet: ita ut quidam seuisimorum spiritus demonum qui ab obsessis corporibus nullis exorcizantium fugantur imperis: sola ieiuniorum & orationum uirtute pellātur. dicente domino: hoc genus demoniorum nō euicitur nisi in ieiunio & oratione. Grata ergo ē deo et terribilis diabolo ieiunātis oratio. Nec latet quantum acquirit sue saluti: que tantum prestat aliene. In hac sane obseruantia dilectissimi quāuis nos omnes unanimiter oporteat esse deuotos: siqui tamen sunt: quorum uoluntati aliqua obsistat infirmitas: laborem qui supra uires est corporis: redimant impendit facultatum. Multa enim sunt opera pietatis: que ipsam edendi necessitatem merito ampliore commendent: si ieiunantium purificationem studio benignitatis acquirunt. Nam cum u q̄ nihil omittunt de humiliatione ieiunii sub sterili fatigatione desudent: nisi de elemosinarum qua possunt erogatione sanctificent. dignum est: ut in alimoniam pauperum abundantior sit eorum largitio: quorū ad abstinendum minor est fortitudo. Quod ergo quis in sua sibi infirmitate non denegat: aliene inopie libenter impendat. & ppriam necessitatem faciat sibi cū indigente cōmunem. nō culpā infirmus. ieiunium soluens: a quo cibus accipit pauper esuriēs. nec

escam sumendo polluitur: qui elemosinam impartiendo múdatur: dicente domino. Date elemosinā: & ecce om̄ia munda sunt uobis. In quo opere dilectissimi etiam ii qui ab epularum delectatione se continent: fructus sibi debent misericordie cóparare: ut qui abundantius seminauerint: copiosius metāt. Non enim unquā agricolae suo seges ista mentit̄. aut incertā sp̄e habet operis cultura pietatis: Quicquid hoc modo serentis manu spargitur: non estus urit. non torrens trahit. non grandio prosternit. Incolumes semper sunt pietatis expense. nec solū integre manent: sed etiam modo augent̄. & qualitate mutantur. De terrenis celestia prodeunt. de paruis magna gignuntur. & temporale damnū in premium transit eternū. Quisquis igitur diuitias amat: quisquis multiplicari que possidet: concupiscit: in hec lucra accendere: in hec rerum tuarum augmēta suspira: de quibus nihil fur abripit. nihil tinea corrumpit. nihil rubigo cōsumit. Noli despare de fenore: noli de accipiente diffidere. Quod uni horū fecistis: mihi fecistis: q̄s dicat intellige. & apud quē opes tuas colloces: perspicacius fidei oculis securus agnosce: nō dubitet de receptione cui X̄p̄us debitor ē. Non sit anxia liberalitas nec triste ieiunium. hilarem enim datorem diligit deus. qui fidelis est in uerbis suis. & abundanter largita retribuit: qui benigne largienda donauit. Per dñm nostrū Iesum X̄p̄m filiū tuū. Qui tecū uiuit & regnat ī unitate sp̄s sc̄i deus p̄ om̄ia secula seculorū Amē.

De Ieiunio Septimi mensis eiusdē Sermo. III.

AD exorandam dilectissimi misericordiam dei ad renouandum statum felicitatis humane quantum ualeāt religiosa ieiunia sanctorum Prophetarum p̄dicatiōe cognoscimus: q̄ diuine iusticie commonitionem quam frequenter populus Israel merito iniquitatis inciderat: non nisi ieiunio protestantē posse placari. Vnde & Iobeli Propheta admonet dicens: Hec dicit dominus deus uester. Conuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio fletu & planctu & scindite corda uestra & non uestimenta uestra. & conuertimini ad dominum deum uestrum: quia misericors est. & patiens: & magnanimus: & multum misericors: Et iterū sanctificate ieiuniū. p̄dicate curationē. cōgregate plebē. sanctificate Ecclesiā. Que cohortatio dilectissimi nostris quoq; ē amplectenda tēporibus: quia huius curationis remedia etiam a nobis sunt necessarie predicanda: ut in

obseruantia satisfactionis antiquae quae perdidit Iudaica preuaricatio
acquirat Christiana deuotio. Diuinarum namque reuerentia sanctionum
inter quolibet spontanee obseruantie studia habet semper priuilegium
suum: ut sacratius sit: quam publica lege celebratur: quam quod priuata insti/
tutione dependitur. Exercitatio enim continentie quam sibi quisque
proprio arbitrio indicit: ad utilitatem cuiusdam pertinet portiois.
Ieiunium uero quod uniuersa Ecclesia suscipit: neminem a generali
purificatione seungit. & tunc fit potentissimus dei populus: quoniam in
unitatem sancte obediencie omnium fidelium corda conueniunt. & in
castris militie Christiane similis ex omni parte preparatio & eadem
est ubique mutatio. fremat licet cruentis hostis puigil furor. & latebrosas
undique pretendat insidias: neminem tamen capere neminem poterit
uulnerare: si nullum inermem nullum desidem nullum inuenerit ab opere
pietatis exortem. Ad huius ergo inuicte pietatis potentiam dilectissimi
& hoc nos sollempne ieiunium septimi mensis iuitat: ut a curis secularibus
actibusque terrenis liberos ad dominum animos erigamus. Et quia hanc
intentionem semper necessariam non omnes possumus habere perpetuam: sepiusque
per humanam fragilitatem a supernis in terrena recidimus: istis saltem
diebus qui nobis ad saluberrima sunt remedia prestituti: mundanis
nos occupationibus subtrahamus. & aliquid temporis quod potest ad
bona eterna: furemur. In multis enim sicut scriptum est: offendimus
omnes. & licet quottidiano dei munere a diuersis contaminacionibus
emundemur: inherent tamen incautis animis plerumque macule crassiores:
quas oportet diligentiori cura ablui. & impendio maiore deleri. ple/
nissima autem est peccatorum abolitio quam totius ecclesie una est oratio:
& una confessio. Si enim duorum uel trium sancto proque consensu
omnia que poposcerint: dominus prestanda promittit: quid negabitur
multorum milium plebi unam obseruantiam pariter exequenti? &
per unum spiritum concorditer supplicanti? Magnum est in conspectum
domini dilectissimi ualdeque preciosum: cum totus populus Christi
eisdem instat officis: & in utroque sexu omnes gradus omnesque ordines
eodem cooperantur affectu. Cum in declinando malo ac faciendo
bono par cunctorum & una sententia est: cum in operibus seruorum
glorificatur deus: & totius pietatis auctori in multarum actio gratiarum
benedicitur. Aluntur esurientes. uestiuntur nudi. uisitantur infirmi.
Et nemo quod suum est: querit: sed quod alterius: dum ad releuandam
alienam miseriam unicuique mensura sua sufficit. Et facile est inuenire
bilarum datorum: ubi modum operis: ratio tempus facultatis. Per hanc

autem dei gratiā que operat̄ omnia in omnibus: cōmunis fidelium
 fructus & cōmune fit meritū. qñquidem pōt & eoz̄ par eē aīmus:
 quoz̄ impar ē cēsus. & cū alter de alterius letat̄ largitate: cui eāri
 nō potuit impēdio: eātur affectu. Nil in tali populo inornatum
 nihilq; diuersum ē: ubi ad unū pietatis uigorem omnia sibi totius
 corpis mēbra consentiunt. nec de sua tenuitate confundit̄: qui de
 alioz̄ opulentiā glōriatur. Decus enim uniuersitatis est excellentia
 portionis. & cū dei spū omnes agimur: nō solū illa nostra sunt:
 que ipsi gerimus: sed etiam illa de quibus ī alioz̄ actiōe gaudemus.
 Amplectamur igitur beatā istam sacratissime unitatis soliditatem.
 & sollempne ieiunium cōcordate p̄posito bone uolūtatis ineamus.
 Nihil a quoq; arduū nihil aspez̄ querit̄. nec aliqd nobis qđ uires
 nostras excedat: indicit̄. siue ī abstinētie castigatiōe: siue in elemo/
 sine largitate. Sciūt singuli: quid possint: quidue nō possint. Ipsi
 modulū suū pendant. Ipsi iusta & rationabili taxatiōe se censeāt:
 ut sacrificium misericordie non cū tristitia offerat̄: nec inter dāna
 numeretur. Hoc pio impendatur operi: quod cor iustificet: quod
 conscientiā lauet: qđ deniq; & accipiētī p̄sit & danti. Felix qdem
 ille ē animus: multūq; mirabilis: q̄ facultatū defectiōne bñfaciendi
 amore nō metuit. & datūq; sibi erogāda nō diffidit: a quo cū ero/
 garet: accepit. Sed q̄a cū magnanimitas ista paucoz̄ ē: plentū etiā
 pietatis ē: ut suoz̄ curam quisq; nō deserat: nos p̄fectioribus non
 p̄iudicātes ea uos regula generaliter exhortamur: ut mādatū dei
 scđm possibilitatis uestre mēsurā opemini. Hilarē. n. beniuolentiā
 esse decet: que sic suā temper largitatē: ut de illa pauperū refectio
 gaudeat: & domestica sufficiētia nō laboreat. Qui aut̄ ministrat se/
 men seminātū & panē ad māducādū p̄stabit. & multiplicabit semē
 uesterū & incrementa frugum iusticie uestre. Quarta igit̄ & sexta
 feria ieiunemus. Sabbato aut̄ apud beatissimū Petrū Apostolum
 pariter uigilias celebremus. cuius meritis & oratiōibus confidimus.
 nobis per omnia miam dei nostri esse p̄standā: Per dñm nostrum
 Iesum Christum. Qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De Ieiunio septimi mensis eiusdem Sermo. IIII.

Dedicatōnem nostram dilectissimi familiaris nobis adiuuat
 consuetudo. & ratio temporis cōmēdat officiū sacerdotis: ne
 aut̄ onerosum uideat̄: aut arduū quod & p̄ceptum exigat legis: &

deuotio temperat uoluntatis. que cum in unum gratia dei auxiliante
cōueniunt: non littera occidit. sed spiritus uiuificat. Vbi autē spūs
dei: ibi libertas: que legē nō timore exeqt: sed amore. Obedientia
enim mollit imperiū. nec dura ibi necessitate seruitur: ubi diligit:
quod iubetur. Cum ergo uos dilectissimi ad quedam que in ueteri
testamento instituta sunt: cohortamur: nō Iudaice uos obseruatie
iugo subdimus: nec cōsuetudinē carnalis populi indicimus. excellit
super illoꝝ ieiunia continentia Christiana: & siquid nobis atq; illis
cōmune ē in tēporibus: nō cōcordat in moribus. Habeant illi nu
dipedalia sua. & in tristitia uultuū ostendant ociosa ieiunia. nos in
nullo ad hīcū nostri honestatē dissimiles nec a iustis & necessariis
opibus abstinentes edendi licentiā simplici peccate cōhibemus. ut in
usu ciboꝝ modus eligatur. nō creatura dāneē. Quauis enim uni/
cuiq; uestrū liberū sit uolūtariis castigatiōibus proprium corpus
afficere: & nunc moderatius nūc uero districtius repugnātes spū
carnales concupiscentias edomare: quibsdā tamen diebus ab oībus
oportet pariter celebrari generale ieiunium. & tunc est efficacior
sanctiorq; deuotio: quādo ī operibus pietatis totius Ecclesie unus
animus & unus est sensus: publica enim preferenda sunt propriis:
& ibi intelligenda est precipua ratio utilitatis: ubi uigilat cura cō/
munis. Teneant igitur diligentiam suam obseruatie singulorum. &
contra nequicie spiritualis insidias imp'orato diuine protectionis
auxilio celestia quisq; arma arripiat. Sed Ecclesiasticus miles etiā
si specialibus preliis possit fortiter facere: tutius tamen & felicius
dimicabit: si contra hostem palam in acie steterit: ubi nō suis tantū
uiribus certamen ineat: sed sub inuicti regis imperio fraternis con/
sotiatas agminibus bellum uniuersale conficiat. Minore discrimīe
plures conflagunt cum hoste: q̄ singuli. nec facile patet uulneri:
quem opposito scuto fidei non sua tantum sed etiam aliorum for/
titudō defendit. Vt ubi est una omnium causa: sic una uictoria.
Quia igitur aduersarius noster insidiari nobis diuersa temptationū
arte non desinit: & hec est uersutiarum eius intentio: ut redemp
tos Christi sanguine a mandatis dei possit abducere: omni di/
ligentia precauendum est: ut nullis inimici iaculis uulneremur.
Tela enim eius non sunt aspera corporis sensibus. sed nimium
carni ut anime noceant: blandiuntur. **T**rahunt oculos ad uar/
ias temptationes: ut de mundi pulchritudine aut concupiscen/
tie accendantur faces. aut superstitionum gignantur errores.

Infidioso enī sono & mollibus actibus pulsatur auditus: ut animi
 soliditas illecebrosa modulatiōe soluatur. & in letalium cōsuetudīe
 suauitatum incauta & parum sobria corda capiantur. Sed hos
 diaboli dolos inefficaces & irritos faciunt diuine presidia gratie.
 & Euāgelice precepta doctrine. Quoniam qui acceperūt spūm
 sanctum: & a quibus timor domini non de pene formidine sed de
 dei caritate conceptus est: illeso fidei pede laqueos taliū cōterūt
 captionum. ut creaturarum omnium pulchritudine ad gloriā &
 laudem sui utantur autoris. eumq; diligāt super omnia: per quē
 facta sunt oīa. In huius admiratione dilectissimi omniū fidelium
 tendat affectio. de hoc sibi delectationes non corruptibiles sed
 eternales sapiens continentia pētat. & in amorem boni sine quo
 nullus est bonus: incontaminata castitas inardescat. Ad hoc enim
 tradita sunt exercitia Xp̄iana: ut ressecata omī illicita uoluptate
 in sanctas & spirituales delicias estuemus. & cum nos oporteat semp
 studere uirtutibus: quidam tñ dies sunt ad castigationē cōmunis
 obseruantie consecrati. Vt anima que terrenis adhuc desideriis
 implicatur: & curis seculi impeditur: ex interuallo saltē ad diuina
 respiret. Et quia portio diuini agri est: dignos celestibus horreis
 afferat fructus. Ibi enim spes est metendi: ubi fuerit diligentia
 seminandi. His dilectissimi ad profectum uestrum pro temporis
 occasione per strictis ieiunium uobis septimi mensis indicimus. in
 quo uos non solum de ciborum abstinentia. sed etiam de pietatis
 operibus commonemus: ut quod uestris usibus religiosa paritate
 subtrahitis in alimoniā pauperum & in cibos debiliū transferatis.
 Omnibus quidem indigentibus generali beniuolentia consulētes.
 sed maxime eorum memores: qui sunt de membris corporis Xp̄i:
 & nobis Catholice fidei unitate copulantur. Plus enim debemus
 nostris pro consortio gratie: q̄ alienis pro communione nature.
 Abundet ergo in nobis dilectissimi benignitas Xp̄iana. & sicut
 recurrentia anni tēpora desideratis ut plena sint fructibus: ita &
 corda uestra pascendis sint fecunda pauperibus. q̄bus utiq; potuit
 deus cuius sunt omnia: necessariam conferre substantiam: & tales
 eis tribuere facultates: ut in nullo uestris largitiōibus indigerēt.
 sed & illis & uobis multa uirtutum materia defuisset: si nec illos
 ad patientie coronam inopia exerceret: nec uos ad misericordie
 gloriam copia prouocaret. Mirabiliter autem prouidētia diuina
 disposuit: ut essent in Ecclesia & sancti pauperes: & diuites boni:

qui inuicem sibi ex ipsa diuersitate prodesse. cum ad eterna & incorrupta premia promerenda: deo gratias agerent accipientes: & deo gratias agerent largientes: qm̄ sicut scriptū est & patientia pauperum nō peribit in eternū: & hilarem datorem diligit deus. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato uero apud beatissimū Petrum Apostolum uigilias celebremus: sperantes nos ita eius oratiōibus adiuuādos: ut deus misericordiaz ieiunii nostri sacrificio placatus exaudiat. Per Xpm̄ dñm nostrū. Amen.

De ieiunio septimi mensis eiusdē. Sermo. v.

Sacratum dilectissimi in septimo mēse ieiunium ad cōmunis deuotionis exercitia p̄dicamus. fidenter uos paternis cohor- tatiōibus incitātes: ut qđ fuit āte Iudaicū: uestra fiat obseruātia Xp̄ianū. Est enī om̄i tpe aptū & testamento utriq; cōueniēs: ut per castigationē mentis & corporis misericordia diuina querat. q̄a nihil est efficacius ad exorandū deum: q̄ ut homo ipse se iudicet. & nunq̄ desinat a uenia postulanda: qui se scit nūq̄ eē sine culpa. Habet enī hoc in se generaliter humana natura: non a creatore insitū: sed a preuicatore cōtractū: & in posterol generali lege transfusū: ut de corruptibili corpe & q̄ aiām corrūpere possit: oriat. hinc interior homo si tñ iam in Xpo regeneratus & a uin- culis captiuitatis est erutus: assiduol habet cum carne conflictus. & dū cohibet cōcupiscentē: patit̄ repugnantē. In q̄ discordia nō facile obtinet̄ tam perfecta uictoria: ut etiā que sunt abrūpēda nō alligēt. & que sunt interficiēda: nō uulnerēt: q̄tūlibet sapiē- ter & prouide iudex animus suis exterioribus presit. Inter ipsas tñ curas atq; mensuras regēde carnis & alēde: nimis ei semp̄ uicina temptatio est. Quis enī ita se aut a uoluptate corporis aut a dolore se iūgit: ut ad ipsā mentē nō ptineat: qđ extrinsecus aut blādīt: aut cruciat. Indiuisū est gaudiū. indiscreta tristitia. nihil in hoīe iracundia non accēdit. nihil leticia nō resoluit. nihil egritudo nō afficit. Et que illic declinatio potest esse peccati: ubi passio est & regēt̄ & subdit̄? Merito dñs p̄testat̄: q̄ spūs qđē p̄mptus ē: caro aut̄ infirma: & ne usq; ad inertem desidīā desperatione ducamur: que impossibilia sunt hoī: ex imbecillitate p̄pria: possibilia spō dec uirtute diuina. Angusta enī & arca est uia que ducit ad uitā. & nemo in ea gressus ferret: nemo uestigiū p̄moueret: nisi difficiles

aditus ipse se Xp̄us uia faciendo reseraret. ut autor itineris fiat
 possibilitas ambulantis. q̄a idē & introducitur ad laborē & p̄ducit
 ad requiē. In quo ergo nobis spes est eterne uite in eodē ē forma
 paciētie. Si enim cōpatimur: & cōregnabimus: qm̄ ut Apostolus
 ait: qui se dicit in Xp̄o manere: debet sicut ille ambulauit: & ip̄e
 ambulare. alioqn̄ false p̄fessionis imagine utimur: si cuius noiē
 gloriamur: eius instituta non seqmur. que utiq; nobis onerosa nō
 essent: & ab omnibus piculis liberarēt: si nihil aliud q̄ qd̄ amandū
 iubet: amaremus. Duo nanq; amores sunt ex q̄bus om̄es p̄deunt
 uoluntates: ita diuerse qualitatibus: sicut diuiduntur autoribus.
 rōnabilis enī aīmus q̄ sine dilectiōe eē nō potest: aut dei amator
 est: aut mundi. in dilectiōe autē mūdi cūcta sunt noxia. & ideo
 eternis bonis inseparabiliter est inherendū. t̄p̄alibus uero trāseūter
 utendū est: ut peregrinantibus & ad patriā redire properātibus.
 Quicqd̄ de prosperitatibus mundi huius occurrerit: uaticum sic
 itineris: nō illecebra mansiōis. ideo beatus Ap̄ostolus p̄dicat dicēs:
 Tempus breue est: reliquū est: ut qui habēt uxores: tanq̄ nō ha/
 bentes sint. & qui flent: tanq̄ non flentes. & q̄ gaudent: tanq̄ non
 gaudentes. & q̄ emūt: tanq̄ non possidēt. & q̄ utūt hoc mūdo:
 tanq̄ non utant. Preterit enim figura mūdi huius. sed qd̄ de spē
 de copia de uarietate blandit: non facile dedinat. nisi in illa ui/
 sibiliū pulchritudine creator potius q̄ creatura diligat. Qui cum
 dicit: diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo & ex tota mēte tua
 & ex tota uirtute tua: in nullo nos uult ab amoris sui uiculis re/
 laxari. & cū huic p̄cepto p̄ximi quoq; copulat caritatē: imitati/
 onem nobis sue bonitatis indicit. ut qd̄ diligit: diligamus. & quod
 opat: opemur. Quāuis enī dei agricultura simus: & dei edificatio
 & neq; q̄ plantat sit aliqd̄: neq; qui rigat: sed qui incremētum dat
 deus: in oībus tñ̄ exigit nostri ministerii seruitutē. & nos dispēsa/
 tores suorū uult esse donorum. ut qui fert dei imaginem dei faciat
 uoluntatē. Propter qd̄ in oratiōe dominica sacratissime dicimus
 adueniat regnū tuum. fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra.
 quibus uerbis quid postulamus aliud: q̄ ut deus quem necdum sibi
 subdidit: subdat. & sicut ī celo angelos ita & ī terra hoīes mīstros
 sue faciat uoluntatis. hoc autē petētes amamus deū. & p̄ximū. et
 nō diuersa in nobis sed una dilectio est. qm̄ et seruum seruire. et
 dñm cupimus imperare. Hic igit̄ affectus dilectissimi quo amor
 terrenus excludit: bonorū opeꝝ cōsuetudine roborat. q̄a necesse

est ut bonis actibus conscientia delectetur: & libenter faciat: quod fecisse se gaudeat. Assumit igitur ieiunium. multiplicat largitio. iusticia custodit. frequenter oratio. fitque ut singulorum desiderium sit unum omnium uorum. nutrit patientiam labor. mansuetudo extinguit iram. beniuolentia calcit inuidiam. immunde cupiditates sanctis desideris enecat. auaricia liberalitate depellit. & onera diuitiarum fiunt instrumenta uirtutum. sed quia insidie diaboli etiam inter talia studia non quiescunt: rectissime in quibusdam articulis temporis uigoris est nostri reparatio instituta. ut ubi de clementia celi & ubertate agri potest mens presentium bonorum auda gloriari: & in ampla horrea fructibus congregatis anime sue dicere: habes multa bona: epulare: ibi quadam increpatione diuine uocis accipiat: audiatque dicentem: stulte hac nocte reposcama tuam a te. que autem preparasti: cuius erunt? Hec sollicitissima meditatio debet esse sapientis: ut quam breues dies istius uite & incerta sunt spatia nunquam sit mors morituro improuisa nec inordinatum incidat finem: quod se nouit esse mortalem. Quod ergo & sanctificationi corporis & reparationi proficit animarum: quarta & sexta feria ieiunemus: sabbato autem apud beatissimum Petrum Apostolum uigilias celebremus: eius orationibus adiuuamur: ut sanctorum desideriorum consequamur effectum. Per Christum dominum nostrum. Amen.

De ieiunio septimi mensis eiusdem. Sermo. vi.

Deuotionem fidelium dilectissimi nihil est in quo prouidentia diuina non adiuuet. Siquidem exercendis ad sanctimoniam mentibus atque corporibus ipsa quoque mundi elementa famulantur: dum dierum ac mensium distincte uariata reuolutio quasdam nobis paginas aperit preceptorum: ut quod sacra admonent instituta hoc quodammodo loquantur & terrena. Vnde cum septimum mensem nobis anni recursus attulerit: non ignoro obseruantiam uestram ab celebrandum sollempne ieiunium spiritaliter incitari: quam experiendo didicistis quantum hec preceptio & exteriora & interiora hominum purificet. ut cum a licitis abstineat: facilius illicitis resistat. Continencie autem ratio dilectissimi non in sola castigatione corporis nec in diminutione tantum habet escarum. Maiora enim uirtutis istius bona ad illam anime pertinet castitatem: que non solum carnis concupiscentias conterit: sed & mundane sapientie uana contemnit dicente Apostolo. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam. & inanem fallaciam secundum traditionem hominum. Continendum ergo est a cibis. Sed

multo magis ab erroribus. ieiunandū ut mens nulli carnali dedita
 uoluptati: nullius sit captiua mēdaci. q̄a sicut in p̄teritis ita & in
 nostris diebus nō desūt ueritatis inimici: q̄ intra catholicā ecclesiā
 mouere audeāt bella ciuilia. ut in cōfessū impioꝝ dogmatū impe/
 ritos quosdā ducētes sibi glorient accrescere: qđ a X̄pi corpore
 potuerint separe. Quid enī tā aduersat̄ Prophetis: tam repugnat
 Euāgelis: tā deniq; ē Apostolicis rebelle doctrinis: q̄ in dño Iesu
 X̄po ex Maria uirgine genito & sēpiterno patri intemporaliter
 coeterno unā & singularē p̄dicare naturā? Quia si hoīs tm̄ intel/
 ligēda ē: ubi est que saluat deitas? si tm̄mō dei: ubi est que saluat
 hūanitas? fides autē Catholica que oībus resistit erroribus: etiam
 simul istas impietates refutat: dānans Nestoriū diuina ab homie
 diuidentē. detestās Euthycē in diuinis humana uacuātē qm̄ ueri
 dei filius deus uerus unitatē & eq̄litate habens cū patre & spū scō
 idem uerus homo eē dignatus est. nec cōceptu uirginis matris est
 seūctus a carne. nec p̄tu. sic hūanitate sibi uniēs ut deus incom/
 mutabiliter p̄maneret. sic deitate hoī imp̄tiēs: ut eū glorificatiōe
 nō cōsumeret: sed augetet. Qui enī est factus forma serui: forma
 dei esse nō destitit. nec alter cum altero sed unus in utroq; est: ut
 ex quo uerbū caro factū est: nullis dispēsationum uarietatibus
 fides nostra turbet̄. sed siue in miraculis uirtutū siue in cōtumelis
 passionū & deū q̄ homo est: & hoīem credimus eē: q̄ deus ē. Hāc
 cōfessionē dilectissimi toto corde p̄mēt̄es impia hereticoꝝ cōmēta
 respuite: ut ieiunia & elemosine uestre nullius erroris contagiōe
 polluant̄. Tūc enī & sacrifici munda est oblatio & misericordie
 sancta largitio: qm̄ u q̄ ista depēdūt: qđ operent̄: intelligūt. Nā
 dicēte dño: nisi māducaueritis carnē filii hoīs: & biberitis eius sāg/
 uinē: nō habebitis uitā in uobis: sic sacre mēse cōmunicare debetis:
 ut nihil p̄sus de ueritate corpis X̄pi & sanguis ambigatis. hoc
 enī ore sumit̄: qđ fide credit̄. & frustra ab illis amē r̄ndet̄: a q̄bus
 cōtra id qđ accipit̄ disputat̄. Dicēte autē Propheta: bt̄us q̄ intel/
 ligit sup egenū & pauperē. Ille circa paupes uestimētoꝝ & ciboꝝ
 laudabilis distributor est: q̄ se X̄pm̄ i indigētibus & uestire nouit
 & pascere. qm̄ ut ipse ait: qđiu uni fecistis de fratribus his meis:
 mihi fecistis. Verus itaq; deus & uerus homo unus ē X̄pus diues
 in suis. paup̄ in nostris. dona accipiēs & dona diffundēs. p̄cepti
 mortaliū. & uiuificatio mortuoꝝ: ut in nomine Iesu X̄pi omne
 genu flectat̄ celestiū terrestriū: & infernoꝝ. et oīs lingua cōfiteat̄

qa dñs Iesus Xpus i gloria ē dei patris uiuēs et regnās cū scō spū
in secula seculoz Amen.

De ieiunio septimi mensis eiusdē. Sermo. vii.

Apostolica institutio dilectissimi que dñm Iesū Xpm ad hoc
uenisse in hūc mūdū nouerat: ut legē nō solueret: sed ipleret
ita ueteris testamēti sacramēta distinxit: ut quedam ex eis sicut
erant cōdita Euangelice eruditioi profutura decerperet: & que
dudū fuerant cōsuetudinīs Iudaice: fierent obseruantie Xpiane.
Quāuis enī uarietates hostiaz differētie baptismatū & oia sab/
batoz cum ipsa carnis circūcisioe cessauerit: manēt tamē ex ipsi
uoluminibus & apud nos precepta plurima moralia. & cum inde
dicatur diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & diliges
proximum tuum sicut teipsum Xpo domino dicēte cognouimus:
q̄ in his duobus mandatis tota lex pendet & Prophete. Tantaq;
est sub huius gemine caritatis edicto utriusq; copula testamenti:
ut sine istarum connexionē uirtutum nec lex quenq̄ inueniatur
iustificasse nec gratia. Ille quoq; partes legalium mandatorū ex
quibus quedam precipiuntur: ut fiant: quedam interdiciuntur: ut
non fiant: antique autoritatis retinent firmitatem. Nec ideo eis
Euangelica putanda est aduersa perfectio: qa & uirtutū studia
ad uoluntaria incitantur augmenta: & ultioes criminū penitētie
remediis relaxantur. dicit enim dominus: nisi abundauerit iusticia
uestra plusq̄ Scribarum & Phariseorum non intrabitis in regnū
celoz: quō ergo abūdauit iusticia nisi sup exaltet misericordia?
Et quid tam equum: quidue tam dignum est: q̄ ut creatura ad
imaginem & similitudinem dei condita suum imitetur autorem?
qui reparationē sanctificationēq; credētū in peccatoz remissioe
cōstituit: ut remota seueritate uindictē omniq; cessante supplicio
reus innocētie redderetur. Et finis criminū fieret origo uirtutū?
Quod igitur dilectissimi ex ueteris predicatione doctrine ad pu/
rificationem animarum corporumq; nostrorum ieiunium septimi
mensis assumimus: nō legalibus nos oneribus subicimus: sed utili/
tatem continentie que Christi Euangelio seruit amplectimur.
Quia in hoc potest sup Scribas & Phariseos Christiana abūdare
iusticia: non euacuando legem: sed intelligentiam refutando car/
nalem. Nec enim talia nostra debent esse ieiunia: qualia erant
illoz: qbus Esaias Propheta: de spū s̄cto in se loquēte dicebat.

Neomenias uestras & sabbata et diē magnū non sustineo. ieiunū
 et ferias & dies festos uestros odit anima mea. Vnde dominus ieiunandi
 formam discipulis tradens: Cum ieiunatis inquit nolite fieri
 sicut hypocrite tristes. exterminant enim facies suas: ut appareāt
 hominibus ieiunantes. Amē dico uobis: receperunt mercedē suā.
 quam mercedem? nisi laudis humane? propter cuius cupiditatem
 iusticie species plerunq; pretendit. & ubi nulla est cura cōsciētie:
 amatur falsitas fame. ut iniquitas que occultatione arguit: mēdaci
 opinione letetur. rationale itaq; sanctumq; ieiunium nulla laudis
 ostentationisq; iactantia polluatur. nec bonū suū quis q̄ fidelium
 de humanis uelit pendere iudicis. Diligenti deū sufficiat ei placere
 quem diligit: q̄ nulla maior expetenda est remuneratio: q̄ ipsa
 dilectio. Sic enim caritas ex deo est: ut deus ipse sit caritas. Quod
 utiq; pius & castus ita gaudet animus implere: ut in nullo extra illū
 cupiat delectari. Verū nanq; ē: qđ dicit dominus: ubi thesaurus
 tuus: ibi & cor tuū. Quis autē ē thesaurus hoīs nisi quedā fructuū
 eius congregatio? laborumq; collectio? Quod enim seminauerit
 quis: hoc & metet. & quale cuiusq; opus: talis est & questus. & ubi
 delectatio fruendi constituit: ibi cura cordis obstringit. Sed cum
 multa sint genera diuitiarū: dissimilesq; materie gaudiorū thesau-
 rus cuiq; est sue cupiditatis affectus: q̄ si de appetitu est terrenorū
 non beatos facit sui participatiōe sed miseros. uero qui ea que
 sursum sunt sapiunt: nō que super terram: nec periturus intēti sūt:
 sed eternis in illo habent incorruptibiles reconditas facultates de
 quo dicit Propheta: Thesaurus & salus uestra aduenit sapiētia et
 disciplina & pietas a domino. hi sunt thesauri iusticie: per quos
 auxiliāte dei gratia etiā terrena bona in celestia transferunt: dū
 multi diuitis aut iuste sibi relictis aut aliter acq̄sitis ad instrumē-
 tum pietatis utunt. Cumq; ad sustentationē pauperū que possūt
 exuberare distribuūt: cōgregāt sibi iamissibiles facultates: ut qđ
 abiderint in elemosinis. nullis possit subiacere dispēdis. & digne
 ibi habēt cor: ubi habēt thesaurū suū. q̄ tales diuitias suas dignū
 et beatissimū est exercere: ut crescant: & nō timere ne pereant.
 Operantes igit dilectissimi qđ bonū est ad omnes: maxie autē ad
 domesticos fidei septimū mensē ab initio mysticū p̄pter septiformē
 spiritū & ipso sui ordinis numero cōsecratū cōtinentie fructibus
 deputantes: Quarta & sexta feria ieiunemus. **Sabbato** autē apud
 beatū Petrū uigilias celebremus: cuius nobis oratiōes suffragabūt.

et merita: ut quantūcūq; fidelibus tribuitur bonum uelle tantū
donetur & posse. Per dominum nostrum Iesum Xpm filiū tuū.
Qui tecum uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

De ieiunio septimi mensis eiusdem. Sermo. VIII.

OMnis dilectissimi diuinorū eruditio preceptorū hoc maxie
agit apud corda credentium ut amor prauus recto amore
superetur. & delectatione iusticie peccandi cupiditas destruat: &
dicente scriptura. Post concupiscentias tuas nō eas. & a uolūate
tua mala auertere. Cum autem inanimis hōminum multe bone
concupiscentie sint: & laudabiles uolūates: quid est qđ iubet: ut
nostris non cōsentiamus affectibus? nisi qđ ab illa concupiscentia
prohibemur: & ab illa uolūate reuocamur: cuius ortus ex nobis
est. & ideo mala pronuntiat: quia nostra esse conuincatur. Ad
distinctiones igit concupiscentiarū que sūt ex deo: bene homini
dictū ē: Post cōcupiscentias tuas nō eas. ut qđ cognouerit pprias:
sciat eē uitandas. Merito ergo dñs noluit í orōe quā tradidit: nos
ad deū dicere: fiat uolūtas nostra: sed fiat uolūtas tua. Non illa
quā caro scitat: sed quā spiritus scūs inspirat. Vñ aut hoc desiderū
conceptū sit: cui semp debeat repugnari: nō difficulter intelligūt:
qui se filios Ade esse nouerunt. & peccante humani generis patre
non dubitant in ppagine uitiatū esse: qđ est in radice corruptū.
Quamuis aut p gratiā domini nostri Iesu Xpi í nouā creaturā
transierimus ex ueteri: & imaginē terreni hominis homo celestis
exuerit: donec tamē corpus mortale gestamus: necessē ē ut cōtra
carnis desideria dimicemus. bonū est enī anime deo subdite timere.
ne cadat. & habere qđ uincat: quoniā uirtus í infirmitate pficit.
et qđ nos exercet cōtinētia: hoc perducit ad gloriā. Abstinentū
itaq; est dilectissimi ab his que nobis noxie blādiunt. & lex pec/
cati que est in membris nostris dei lege superanda est: ut licet per
omnes sensus corporis multe insidient illecebre animus tamen cui
summum bonum & uerū gaudiū deus est: inter castas spiritualesq;
delicias in sapiētie latitudine & in ueritatis luce uersetur. Si enim
seipsū sibi rationalis homo cōparet: omnesq; suorū actuū qlitates
uera inspectione diudicet: nunquid in intimis sue cōscientie hoc
delectationis inueniet de iniquitate commissa: quod de equitate
seruata? Aut tantum ei iocunditatis carnalis uoluptas quantum

Spiritualis pariet appetitus? Nihil prorsus de uirtutum splendore attingit. nihil de suauitate pietatis gustat: q̄ magis uult sordescere in uis quæ immunda sunt: q̄ in uis splendere: que sancta sunt. Nō sinit ratio ut in cordibus non usquequaq; captiuis ita placeat satiata ira: ut remissa uindicta. aut tantū generent gaudiū mala quesita de alieno: quantum bona expensa de proprio. Felicior semper est parca temperantia: q̄ profusa luxuria. maiorq; ē lux hominibus humiliibus: q̄ superbis. & sublimior mēs que inter p̄hibita atq; p̄missa certius habet sperare celestia: q̄ amare terrena. Ut autem in hoc prouectu animus religiosus excellat: & uis sue dominationis obtineat: subigendo corpori castigatio est adhibēda ieiunii. Quod licet generali nomine ad omnem cōtinentiā p̄tinere uideatur: proprie tamen ad edendi diminutionem refertur. ut profit nunc uoluntate non sumere quod ab initio contra uetitū nocuit usurpasse. ut sicut illic concupiscentia uulneri ita hic abstinentia sit saluti. Cui medicine dilectissimi cum omne tempus sit congruum: hoc tamen habemus aptissimum: quod Apostolicis et legalibus institutis uidemus electum. ut sicut in aliis anni diebus ita in mense septimo spiritualibus nos purificationibus emūdemus. Conuenientibus autem in unum propositum tribus studiis orōne scilicet & elemosina atq; ieiunio prestabit nobis a misericorde deo et cohibitio cupiditātū: & exauditio precū: & remissio peccatorū Per dominum nostrū Iesū Xpm. Qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

De ieiunio septimi mensis eiusdem Sermo. VIII.

SCio quidem dilectissimi plurimos uestrū in uis que ad obseruantiam Christiane fidei pertinent: esse deuotos. ut nostris cohortationibus non indigeant admoneri. Quod enim dudum et traditio decreuit: et consuetudo firmauit: nec eruditio ignorat: nec pietas pretermittit. Sed quia sacerdotalis officii est erga omnes Ecclesie filios curam habere communem: ad id quod & rudibus profit & doctis: quos simul diligimus: pariter incitamus: ut ieiuniū quod nobis septimi mensis recursus indicit: fide alacri per castigationem animi et corporis celebremus. Quāuis enim diminutio cibi carnem proprie uideatur afficere: nihil tamen corporeis sensibus uel conceditur: uel negatur: quod non sicut ad seruentem ita pertineat ad iubentem. Cum itaq; unusquisq; homo duplicem in

se legem habeat continentie: nihilq; actionum nostrarū ad solū corpus: multa autē ad solū referenda sint animū: prudenter debemus aduertere q̄ indecent q̄q; iniustum sit: si quod a superiore iudicē: ab inferiore negligat. Vt autē mens rationalis salubriter exteriora castiget: debet etiam ppria exercere ieiunia. quia non solū carnis desideris sed etiā animi cupiditatibus cōuenit repugnare: dicēte scriptura. Post cōcupiscentias tuas nō eas: & a uolūtate tua mala auertere. Ieiunās ergo ab us que caro appetit: ieiunet. et ab us que male interior substantia concupiscit. pessimus enim anime est cibus: uelle quod non licet. & noxia cordis delectatio ē que aut turpi lucro pascit: aut supbia extollit. aut adulatione letat. Quamuis enim his affectibus motus quoq; corporis seruiāt: ad originem tamen suam cuncta respiciunt: & ibi censet qualitas actionis: ubi inuenit initium uoluntatis. quam reuocare a prauis desideris optimū maximumq; ieiunium est: quia tunc est edendi abstinentia fructuosa: quando exterior parcitas a temperantia interiore procedit. Celebraturi igit dilectissimi uerum & spiritale ieiunium quod & corpus & animū sui puritate sanctificet: cordis nostri secreta rimemur. & qbus rebus aut cōtristent: aut gaudeāt iusto discutamus examine. Ac siq; amor uane glorie si qua radix auaricie si quod inest uirus inuidie: nihil taliū anima sumat escarū sed uirtutū itēta delicias celestes epulas terrene pferat uoluptati. Agnoscat homo sui generis dignitatē. factūq; se ad imaginem et similitudinem sui creatoris intelligat. nec ita de miseris quas per peccatum illud maximū & commune incidit: expauescat: ut non se ad misericordiā sui autoris attollat. Ipse enī dicit: Sācti estote: qm̄ ego sanctus sū. hoc ē me diligite: & ab us que mihi displicent: abstinete. facite: quod amo. amate: quod facio. Et cum uidetur difficile esse: quod iubeo: ad iubentem recurrite. ut unde datur preceptū: presteat auxiliū. Non negabo opē: q; tribui uolūtātē. ieiunate ab aduersis. abstinete a cōtrariis. Ego sum cibus uester et potus. nemo ea que mea sunt: efficaciter cōcupiscat. Qui enim ad me tendit: ex mei participatione me querit. His dilectissimi cohortationibus quibus nos ad bona incōmutabilia & ad gaudia inuitat eterna. plene sunt omnes diuinarū pagine litterarum. et ad hoc nobiscū agit testamenti utriusq; doctrina: ut inhereamus ueris. & contineamus a uanis. Non enim comprehendi potest: qđ promittitur: nisi custoditū fuerit: quod iubet. Quid iustus q̄ ut

homo cuius fert imaginem: faciat uoluntatem. & per abstinentiã
 tibi ieiunet a lege peccati? Ideo enim ipsa continentie obseruãtia
 quattuor est assignata temporibus: ut in ipsũ totius anni redeũte
 decursu cognosceremus nos indelinẽter purificatiõibus indigere:
 sempq; eẽ nitendũ dũ huius uite uarietate iactamur: ut peccatũ
 quod fragilitate carnis & cupiditatũ pollutiõẽ contrahit: ieiunus
 atq; elemosinis deleat. Esuriamus paululũ dilectissimi: & aliq̃tulũ
 quod iuuandis possit prodesse pauperibus: nostre consuetudinis
 subtrahamus. delectet consciẽtia benignorũ fructibus largitatis.
 et gaudia tribuens quo es letificandus accipies. Dilectio proximi
 dilectio dei est. q̃ plenitudinẽ legis & Prophetarũ in hac gemine
 caritatis unitate cõstituit: ut nemo ambigeret: deo se offerre: qđ
 homini cõtulisset: dicẽte domino Salvatore cũ de alẽdis iuuãdisq;
 pauperibus loqueretur: Quod uni eorum fecistis: mihi fecistis.
 Quarta igit & sexta feria ieiunemus. Sabbato uero apud beatũ
 Petrum Apostolum uigilias celebremus: cuius nos meritis & ora/
 tionibus credimus adiuuandos: ut misericordi deo ieiunio nostro
 et deuotiõẽ placeamus. Per dominũ nostrũ Iesũ Xpm q̃ uiuit et
 regnat in secula seculorũ. Amen.

**In festo omnium sanctorum Lectio
 sancti Euangelii scđm Mattheum.**

IN illo tempore uidens Iesus turbas: ascendit in montem. et
 cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. Et reliqua.

Homelia Beati Leonis Pape eiusdem lectionis.

Dedicãte dilectissimi domino nostro Iesu Xpo Euangeliũ
 regni & diuersos p totã Galileã curãte languores in omnẽ
 se Syriã uirtutũ eius fama diffuderat. & multe ex uniuersa Iudea
 turbe ad celestẽ medicũ cõfluebant. Quia enim tarda ẽ humane
 ignorantie fides ad credẽda que nõ uidet: ad speranda que nescit:
 oportebat diuina eruditõẽ firmãdos corporeis beneficiis & uisibi/
 libus miraculis incitari: ut cuius tã benignã experiebãt potentiã:
 nõ ambigerent salutarẽ esse doctrinã. Vt ergo exteriores mede/
 las dñs ad remedia interiora transferret: & post sanitates corporũ
 curatiões operaret animarũ. Segregatus a circũstantibus turbis
 secessũ uicini mōtis ascēdit: aduocatis Apostolis quos sublimioribus

instituti ab edito mystice sedis imbueret: ex ipsa loci atq; operis
qualitate significans se esse qui Moysen quondam suo dignatus
fuisse alloqui: illic quidem terribiliore iusticia: hic autem sacratiore
clementia: ut impleretur quod fuerat Propheta Hieremia dicente
promissum: Ecce dies ueniunt: dicit dominus: & consumabo super
domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum. Post
dies illos dicit dominus dabo leges meas. in sensu ipsorum scribam
eas. Qui ergo loquutus fuerat Moysi: loquutus est et Apostolis.
et in cordibus discipulorum uelox scribentis uerbi manus noui
testamenti decreta condebat: nulla ut quondam circumfusa nubium
crassitudine: neq; per terribiles sonos atq; fulgores populo ab accessu
montis absterrito: sed patente ad aures circumstantium tranquillitate
colloqui ut per gratie lenitatem remoueret legis asperitatem. & spiritus
adoptionis auferret formidinem seruitutis. Qualis igitur doctrina sit
Christi: sacre ipsius sententia prestant: ut qui ad eternam beatitudinem
peruenire desiderant: gradus felicissime ascensionis agnoscant. Beati inquit
pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. De quibus pauperibus ueritas
loqueretur: forte esset ambiguum: si diceret beati pauperes: nihil adderet de
intelligenda pauperum qualitate. & sufficere uideretur ad promerendum regnum
celorum: ea sola inopia: quam multi sub graui & dura necessitate pati
unt. Sed cum dicit: beati pauperes spiritu: ostendit eis regnum celorum
tribuendum: quos humilitas commendat animorum: magis quam indigentia
facultatum. Dubitari autem non potest: quod humilitatis istius bonum
facilius pauperes quam diuites assequantur: dum & illis in tenuitate
amica est mansuetudo: & istis in diuitis familiaris elatio. Verumtamen
et in plerisque diuitibus inuenitur hic animus: qui abundantia
sua non ad tumorem superbie sed ad opera benignitatis utatur.
ideoque pro lucris maximis numeret: quod ad releuandam miseriam alieni
laboris impedierit. Omni generi atq; ordini hominum datur in hac
uirtute consortium: qui possint proposito esse pares: & imparibus celsu. Nec
interest quantum sint in facultate terrena dissimiles: qui in spiritualibus
bonis inueniuntur equales. Beata igitur illa paupertas que rerum
temporalium amore non capit. nec mundi opibus augeri appetit. sed
celestibus bonis ditescere concupiscit. Huius nobis magnanimitate pau/

pertatis exemplum primum post dominum Apostoli prebuerunt. quia omnia sine
differetia relinquentes ad uocem celestis magistri a captura piscium in
piscatores hominum alacri conuersione mutati sunt. & multos sui similes
fidei sue imitatione fecerunt. quando illis primitus Ecclesie unum

cor omnium & anima una erat credentiú: qui uniuersis suis rebus
 possessionibusq; distractis p deuotissimã paupertatẽ bonis ditabantẽ
 eternis. & ex Apostolica predicatione gaudebãt nihil habere de
 mũdo. & omnia possidere cũ Xp̃o. Hinc beatus Petrus Apostolus
 cũ ascendẽs in templũ a claudo elemosinã posceret: Argentũ inqt
 & aurũ non est mecũ: qđ aut habeo: hoc tibi do. In nomine Iesu
 Xp̃i Nazareni surge. & ambula. Quid hac humilitate sublimius?
 qđ hac paupertate locupletius? nõ habet p̃sidia pecunie. sed habet
 dona nature. quẽ debilẽ edidit mater ex utero: sanũ fecit Petrus
 ex uerbo. & q imaginẽ Cesaris in nũmo nõ dedit: imaginẽ Xp̃i
 in hoĩe reformauit. Huius aut thesauri opibus nõ solũ ille adiutus
 est: cui gressus ẽ redditus: sed etiã quinq; milia uirorũ qui tunc ad
 exhortationẽ Apostoli eiusdẽ curationis miraculũ crediderũt. Et
 ille paup qui nõ habebat quod petenti daret: tantã dedit diuine
 gratie largitatẽ ut quẽadmodũ unũ hominẽ redintegrarat in pe/
 dibus: sic tot milia credentiũ sanaret in cordibus: faceretq; eos in
 Xp̃o alacres: quos in Iudaica p̃fidia inuenerat claudicãtes. Post
 predicationẽ huius felicissime paupertatis addidit dñs dicens. Beati
 qui lugent: qm̃ ipsi cõsolabuntẽ. Luctus hic dilectissimi cui cõso/
 latio eterna promittit: nõ est cũ mũdi huius affectione cõmunis.
 Nec beatũ quenq; faciũt ista lamenta: que totius humani generis
 deploratiõẽ fundunt. Alia ratio ẽ sanctorũ gemituũ. alia beatarũ
 causa lachrymarũ. Religiosa tristitia aut alienum peccatũ luget:
 aut propriũ. Nec de hoc dolet: qđ diuina iusticia agit: sed de eo
 meret: qđ humana iniquitate cõmittitur. ubi magis plãgendus est
 faciens maligna: q̃ paciens. qa iniustũ malicia sua mergit ad penã
 iustũ aut tolerantia ducit ad gloriã. Deinde ait dñs. Beati mitis:
 qm̃ ipsi hereditate possidebũt terrã. Mitibus atq; mäsuetis hũilibus
 ac modestis et ad omniũ iniuriarũ tolerantia preparatis possidẽda
 terra promittit. Nec parua est estimãda hec aut uilis hereditas:
 tanq̃ a celesti habitatione discreta sit: cũ regnũ celorum non alii
 intelligantẽ intrare. Terra aut p̃missa mitibus & in possessionem
 dãda mäsuetis caro sãctorũ ẽ: que ob hũilitatis meritũ felici resur/
 rectione mutabit. & imortalitatis gloria uestiet. in nullo iã spũ
 futura cõtraria. & cum uoluntate animi p̃fecte unitatis habitura
 consensum. Tunc. n. exterior homo interioris hoĩs erit quieta &
 intemerata possessio: tũc mens uidendo deo intenta nullis corporee
 infirmitatis impeditẽs obstaculis. nec iã dici necesse erit: corpus qđ

corrumpitur aggrauat animã. & terrena inhabitatio deprimat sensũ
multa cogitantẽ. Quoniã habitatori suo nõ reluctabit terra: nec
immoderatũ aliquid cõtra imperiũ sui rectoris audebit. Possidebũt
enim illã mitel pace ppetua. & nihil unq̃ de eoz iure minuet. Cũ
corruptibile hoc induerit in corruptionẽ. & mortale hoc iduerit
immortalitatẽ. ut periculũ uertat in premiũ. & qđ fuit oneri: sic
honori. Post hec addidit dñs: & dicit. Beati qui esuriunt: & sitiũt
iusticiam: qm̃ ipsi saturabunt. Nihil hec esuritiõ corporeum nihil
expetit sicut ista terrenũ. sed iusticie bono desiderat saturari. & in
omniũ oculoꝝ introducta secretũ ipso dño optat impleri. Felix
mens que hũc cõcupiscit cibũ. & ad talẽ estuat potũ. quẽ utiq; nõ
expeteret: si nil de eius suauitate gustaret. Audiẽs autẽ dicentẽ sibi
Propheticũ spiritum. Gustate & uidete qm̃ suauis est dñs: accepit
quandã superne dulcedinis potionẽ. & in amorẽ supne uoluptatis
exarsit. ut spretis omnibus tpalibus ad edendũ bibendũq; iusticiã
toto accenderent affectu. & illius primi mandati apprehenderet
ueritatẽ dicentis: diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo & ex tota
mente tua & ex tota uirtute tua qm̃ nihil est aliud diligere deum
q̃ amare iusticiã. Deniq; sicut illic dilectioni dei pximi cura sub/
iungit: ita & hic desiderio iusticie uirtus mie copulat. & dicitur.
Beati misericordes: qm̃ psoꝝ miserebit deus. Agnosce Xpiane tue
sapientie dignitatem. & qualiũ disciplinarũ artibus ad que premia
uoceris: intellige. Misericordẽ te mĩa: iustum uult te esse iusticia:
ut in creatura sua creator appareat & in speculo cordis humani p
lineas imitationis exp̃ssa dei imago resplēdeat. Secura esto opan/
tiũ fidel: aderũt tibi desideria tua: & us que amas: sñ fine poteris.
Et qm̃ tibi p elemosinã omnia mũda sunt: ad eã quoq; beatitudinẽ
que consequenter ẽ promissa: puenies dicente dño. Beati mundo
corde qm̃ ipsi deũ uidebũt. Magna felicitas dilectissimi cui tantũ
premium preparat. Quid ergo est habere cor mundũ: nisi eis que
supradicte sunt: studere uirtutibus? uidere autem deum quante sit
beatitudinis: que mens cõcipere: que lingua ualeat explicare? Et
tamẽ hoc consequetur: cũ transformabit humana natura: ut non
iam p speculũ in enigmate sed facie ad faciẽ ipsã quã nullus hoim
uidere potuit: sicuti ẽ: uideat deitatem. Et qđ oculus nõ uidit: nec
auris audiuit: nec in cor hois ascendit: p ineffabile gaudiũ eterne
contemplationis obtineat. merito hec beatitudo cordis promittit
puritati. Splēdorẽ eius ueri luminis sordẽs acies uidere nõ poterit

& quod erit iucunditas mentibus nitidis: hoc erit pena maculosis. Declinētur igit̄ terrenarū caligines uanitatū. & ab omni squalore iniquitatis oculi tergant̄ interiores: ut serenus intuitus tantum dei uisione pascat̄. ¶ Ad hoc. n. promerendū illud intelligimus pertinere: qđ sequitur: Beati pacifici: qm̄ filii dei uocabunt̄. Beatitudo ista dilectissimi nō cuiuslibet cōsensionis aut qualicūq; cōcordie ē: sed illius de qua dicit Apostolus: pacē habere ad deū. Et de qua dicit Propheta Dauid: pax multa diligentibus legē tuā. & non est illis scandalū. Hanc pacē etiā artificissima amicitiarū uincula & indiscrete similitudines animorum nō ueraciter sibi uendicant: si non cū dei uolūtate cōcordant. Extra dignitatē pacis sunt improbarū parilitates cupiditatū. federa scelerū. & pacta uitioꝝ. Amor mundi cū dei amore non congruit. Nec ad societatem filiorū dei peruenit: qui se a generatione carnali non diuidit. ¶ Qui autem semper cum deo mente sunt solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis nunq̄ ab eterna lege dissentiūt fidei oratione dicētes: fiat uolūtas tua: sicut in celo & in terra. Hi sunt pacifici. hi bene unanimel sancteq; cōcordes uocandi eterno nomine filii dei. coheredes autē Xpi. quia hoc merebit̄ dilectio dei & pximi. ut nullas iam aduersitates sentiat. nulla scādala p̄mescat. sed finito oīm temptationū certamine in tranquillissima dei pace requiescat. Per dñm nostrū Iesum Christum filium tuum. Qui tecū uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus. per omnia secula seculorum Amen.

¶ Tractatus beati Leonis pape contra heresim Eutychetis habitus Rome in Basilica sancte Anastasie.

¶ Icut peritorū dilectissimi prudentūq; medicoꝝ est passiones infirmitatis humane remedis p̄uenire: & quēadmodū salutē cōtraria declinēt ostendere: Ita pastoralis officii est ne dominico gregi heretica malignitas noceat: prouidere. & qualiter luporū & latronum improbitas sit cauenda: demōstrare: quia nunq̄ potuit heretica impietas sic latere: ut nō a sanctis patribus nostris & semp̄ deprehensa sit. & iure damnata. Sollicitudinē itaq; nostram quam dilectioni uestre impendimus: latere nō potuit: quosdā Egyptios p̄cipue negotiatores ad urbē uenisse. eaq; que Alexandrie sceleste ab hereticis sunt admissa: defendere. asserētes solā deitatis in Xpo fuisse naturam. nec carnis humane quā sumpsit ex beata uirgine.

Maria habuisse penitus ueritatē. que impietas & falsum hominē:
& deū dicit esse passibilē. Quod quo audeāt animo quoue consilio
dubitare nō possumus: Quia. n. ipsi a ueritate Euāgelii recesserūt
& mēdacia diaboli sūt sequuti: alios quoq; uolūt socios sue p̄ditōis
efficere. & ideo fraterna uos & paterna sollicitudine cōmonemus:
ut inimicos catholice fidei hostes Ecclesie incarnationis dñice nega/
tores & instituto a s̄ctis Apostolis Symbolo repugnātes in nullū
recipiatis cōsentionis affectū: dñte Apostolo: hereticū hoīem post
unam & secundā correptionē de uita: sciens quia qui huiusmodi ē:
subuersus ē. & delinquit p̄prio iudicio cōdemnatus. Propria enī
p̄tinacia perit: & sua a X̄po discedit infania. qui eā impietatē per
quā ante se multos scit peruisse sectat. & religiosum sibi atq; catho/
licum putat id qđ sanctoꝝ patrū iudicio & in Photini p̄fidia & in
Manichei demētia & in Apollinaris infania cōstat esse damnatū.
ut adhuc quasi noue & necdū damnate in perniciē animarū suarū
consentiāt prauitati. qui incarnationis dñice denegāt sacramentū.
Quasi aliud tota Euāgelii lectione doceamur: q̄ hoc uno diuine
misericordie sacramento humanū genus in us q̄ credūt eē saluatū:
qđ unigenitus dei filius equalis p̄ omnia patri nostre assumptione
substantie manēs qđ erat: dignatus ē esse qđ nō erat. uerus scilicet
homo uerus deus q̄ absq; cuiusq; sorde peccati integrā sibi nostrā
perfectāq; naturam ueritate carnis & anime uniuuit. Et itra uterū
beate uirginis matris spiritus sancti uirtute cōceptus nec editione
partus nec primordia fastidiuit infātie: ut uerbū dei patris hūanā
sibi inesse substantiam & deitatis potentia & carnis infirmitate lo/
queretur. De corpore habens corporeas actiones: & spirituales de
deitate uirtutes. Humanū quippe est esurire & sitire & dormire.
humanū est metuere flere tristari. humanū deniq; ē crucifigi mori
atq; sepeliri. Sed diuinum est sup̄ mare ambulare aquā in unum
cōuertere mortuos suscitare mundū p̄pria morte tremefacere. &
cū uiuificata super omnē celoꝝ altitudinē carne cōscendere. ut q̄
hoc credūt: dubitare nō possint quid humanitati ascribere quid
debeant assignare deitati. qm̄ in utroq; unus ē X̄pus q̄ & deitatis
sue potentia nō amisit. & ueritatem p̄fecti hōis nascēdo suscepit.
Hos ergo dilectissimi de q̄bus loquimur: tanq̄ uenenū mortiferū
fugite. execramini. declinate. & ab eorum colloquiis si increpati a
nobis corrigi noluerint: abstinete. Quoniā sicut scriptū ē: sermo
eoꝝ serpit ut cancer. iusto enī iudicio ab Ecclesie unitate reiectis

nulla ē tribuenda cōmunio: quā nō nostris odiis sed suis sceleribus perdiderūt. Vos ergo dilecti deo & Apostolico testimonio comprobati quibus beatus Apostolus dicit: Quoniā fides uestra ānunciāte uniuerso mūdo: custodite in uobis: quā tūm predicatorē agnoscitis sensisse de uobis. Nemo uestrum efficiatur huius laudis alienus: ut quos per tot secula docēte sancto spiritu heresis nulla uiolauit: ne Eutichyane quē impietatis possint maculare cōtagia. Cōfidimus autē quod p̄ctio dei corda uestra fidēque custodiat: ut cui hactenus fideliter obedistis: in eternū perseuerante catholice fide obseruātia placeatis. Per Xpm dñm nostrū Amen.

Leo papa Maximo Antiocheno Ep̄o salutē in domino:

Quantū dilectiōi tue placeat cōmunis fidei sacratissima unitas & pacis Ecclesiastice tranquilla concordia: litterarū textus ostendit quas ad me filii nostri Marianus presbyter & Olympius diaconus detulerūt. eo nobis gratiores quo p̄ ipsos eloquia alterna miscemus. & magisque hinc innotescit gratia dei. qua fit: ut p̄ totum mūdum de manifesto catholice ueritatis lumine gaudeat. Quāuis quā multū dolemus: quā adhuc sicut sermo idicat nūctioꝝ tenebras suas diligant. & cū ubique dei splendor effulserit: etiā nunc cecitatis sue delectentur obscuro. & p̄dita fide solo ac uacuo remanserunt nomine xp̄iano. nō habentes intelligentiā qua errorē ab errore discernāt. Et blasphemiam Nestorii ab Eutychetis impietate distinguāt. nec enim ideo excusabilis uideri aliqua eoz falsitas potest: quia ipsi sibi sunt in sua puerilitate cōtrarii. Nam licet Nestorium Eutychetis discipuli detestēt: Eutychetē anathematizēt Nestorii sectatores catholicosque tamen iudicio pars utraq; damnat. & ambe simul hereses a corpe Ecclesie rescant: quia neutra falsitas nobiscū potest habere cōcordiam. nec interest quā sit sacrilegiū ab incarnationis dñice ueritate discordantiū: cū id quā prauissime sentiūt: nec autoritas Euāgelii habeat: nec ratio sacramēti. & ideo frater carissime oportet dilectionē tuā toto corde prescire cuius Ecclesie gubernaculis te dñs uoluerit presidere. & eius meminisse doctrine quā precipuus Apostolorū omniū beatissimus Petrus p̄ totū quidē mundū uniformi p̄dicatione sed speciali magisterio in Antiochena & in Romana urbe fundauit. & in illud sue glorificatiōis domiciliū preminentē eam intelligentia posuit. Institutaque tradidit: sicut ab ipsa quā cōfessus ē ueritate suscepit. neque ullo modo sinas in orientis

Ecclesius maximeq; us quas Antiochene sedi sacratissimoꝝ patrum
Nicensi Canones deputauerunt: ab improbis hereticis Euangelio
resultari. & uel Nestoru uel Eutychetis a quoquã dogma defēdi,
qm̄ sicut dixi: catholice fidei petra cuius nomen beatus Apostolus
Petrus sūpsit a dño: nullū recipit ad utranq; impietatē uestigiū sed
Eutychetē atq; Priscum & Nestorium anathematizat. qui uerbi
carnisq; naturam in beate uirginis cōceptione seiungentes unumq;
Xp̄m in duos diidentes: aliam deitatis: aliam humanitatis: uolūt
esse personā: cum omnino unus idemq; sit: qui & scđm sempiternā
deitatē de patre est natus sine tempore. & scđm ueram carnem: de
matre est natus in tempore. et Eutychetē similiter execratur. qui
in domino Iesu Xp̄o ueritatē humane carnis euacuās ip̄m uerbū
in carne asseruit transformatum. ut nasci. nutrirī. proficere. pati.
mori. atq; sepeliri. & die tertio sulcitari: solū fuerit deitatis. que
seruili forme non ueritatem suscepit: sed figuram. Sūma itaq;
uigilantia cautū esse te cōuenit: neqd sibi scilicet heretica prauitas
audeat uindicare. cū te deceat us sacerdotali autoritate resistere.
Nosq; sepius de profecto Ecclesiaz tuis relationibus quid agatur
instruere. dignū est enim te Apostolice sedis in hac sollicitudine eē
consortem. & ad agendi fiduciā priuilegia tertie sedis agnoscere:
que in nullo cuiusq; ambitione inuenit excessisse. quia notata est
apud me Nicenoz; canonū reuerentia. ut ea que sunt a sanctis
patribus constituta: nec permisceri patiar. nec aliqua nouitate
uiolari. & si enim diuersa nōnunq; sunt merita presulū: iura tamē
pmanent Ecclesiarum. sed quibus emuli perturbationē aliquam
fortassis inferre: nec tñ possunt minuere dignitatē. unde cū aliqd
Antiochene Ecclesie priuilegiis dilectio tua agendū eē crediderit:
proprius studeat nuntius explicari. ut nos cōsulationi tue absolute
& cōgrue respōdere possimus. nūc autē ad oīa generaliter pnun/
tiare sufficiat: quod si quid a quoquã contra statuta Nicenorum
canonū in quacūq; Synodo uel tempratū est: uel ad tēpus uideē
extortū: nihil p̄iudici pōt inuolabilibus iserre decretis. & facilius
erit quarūlibet dissensionū facta dissolui: q̄ predictoz; canonum
regulas ex ulla pte corrūpi. subripiendi enī occasiones nō p̄mittit
ambitio. Et quotiens ob occurrentes cās generatim congregatio
facta fuerit sacerdotum: difficile est cupiditates improborum non
aliquid supra mensuram moliri atq; appetere: sicut in Ephesi Sy/
nodo que impium Nestoriū cum dogmate suo perculit: Iuuenalis

Episcopus: ad obtinendū Palestine p̄uincie principatū credidit se posse p̄ficere. & insultes ausus per cōmēdaticia scripta firmare. quod s̄acte memorie Cyrillus Alexādrinus Ep̄us merito perhor/ rescē: sc̄ptis suis mihi quoq; que p̄dicti cupiditas ausa sit: indicauit. & sollicita prece multū p̄spexit: ne ulla illicitis cōnatibus p̄pararet ascētio. nā cuius epistole ad nos exēplaria direxisti s̄acte memorie Cyrilli: eā in nostro scrinio requisitā nos autenticā noueris repper/ risse. hoc tñ propriū definitiōis mee est: ut quantūlibet amplior numerus sacerdotū aliquid per quorundā subscriptionē discernat: qđ illis trecentoz deçē & octo cōstitutiōibus inueniat aduersum: id iusticie cōsideratione cassēt. qm̄ uniuerse pacis tranquillitas nō aliter poterit custodiri: nisi sua canonibus reuerentia intemerata seruet. Siquē sane ab us fratribus quos ad sanctam Synodū uice mea misi: preter id quod ad causā fidei p̄tinebit: gestū eē p̄hibet: nullius erit penitus firmitatis: qui ad hoc ab Apostolica sunt sede directi: ut excisis heresibus catholice essent fidei defēsores. quicqđ enim p̄ter speciales causas synodaliū Concilioz ad examen ep̄ale deferēt: potest aliquā diuindicādi habere rationē: si nihil de eo sit a sanctis patribus apud Niceam definitū. nā quod ab illoz regulis & constitutione discordat: Apostolice sedis nunq̄ poterit obtinere cōsensum. Quāta uero hec diligētia custodiat a nobis: exēplaribus eius epistole quam ad Constantinopolitanum Episcopum: refrē/ nantes ipsius cupiditatem direximus: instrueris: quam in omnium fratrum & consacerdotum nostrorum facies noticiam peruenire. ut nouerint pacem Ecclesiasticam per concordiam deo placitam debere seruari. Illud quoq; dilectionem tuam cōuenit precauere: ut preter eos qui sunt domini sacerdotes: nullus sibi docendi & p̄/ dicandi ius audeat uendicare: siue ille monachus siue sit laicus qui alicuius scientie nomine gloriatur. quia etsi oprandū est: ut om̄es Ecclesie filii: que recta & sana sunt: sapiant: nō tamē p̄mittendū est: ut quisq; extra sacerdotum ordinem constitutus gradum sibi predicationis assumat. ut cum in Ecclesia dei omnia ordinata esse conueniat: ut in uno X̄p̄isti corpore: ut excellentiora mēbra suum officium impleant. & infirmiora superioribus non resultent: Datum. iiii. Id̄ Iuñ Opolione. V. C. conf.

Leo Papa Anatolio Episcopo. Salutem in domino.

OAudeamus in dño & in dono gratie ipsius gloriemur: q̄ sicut dilectionis tue litteris fratruq; nostrorū quos Cōstātinopolim miseramus: relatione cognouimus. scđm Euangelice eruditionis ostensum probabilē merito leticiā presumimus: qđ tandē Ecclesie decreta nec rugā cuiusq̄ sint erroris habitura: nec maculā. dicente Apostolo: despōdi. n. uos uni uiro uirginē castā exhibere X̄p̄o. Illa est enim Virgo Ecclesia sponsa unius uiri X̄p̄i: que nullo se patit̄ errore uitari. & per totū mundū una sit: unius caste communionis integritas. In qua societate tue dilectiōis amplectimur. & gestoꝝ que sumpsimus seriem nūcū scđm qđ oportuit munitā subscriptiōibus approbamus. Vt ergo inuicē dilectiōis tue animos nostris confirmarem̄ alloquū: filios nostros Cateriū p̄sbyterum Patricū & Asclepiadē diaconos q̄tū uestra scripta detulerāt: cum epistolis nostris post uenerabilē diem festū Paschalem remisimus. indicantes nos ut supra diximus: de Constantinopolitane Ecclesie pace gaudere. cui hanc curam semper impendimus: ut eam nulla uelimus hereticoꝝ fraude uiolari. De fratribus uero quos & epistolis tuis & legatoꝝ nostroꝝ relatiōe cōmuniōis nostre cupiditate inflāmatos eē cognouimus: eo qđ doleāt: se cōtra potentiā cōtraq; terrores nō tenuisse cōstantiā: & alieno sceleri p̄buisse cōsensum: cū ita eos formido turbasset: ut in dānationē catholici atq; inno/centis ep̄i & icrepationē detestabilis prauitatis trepido famularē obsequio: illud quidē qđ p̄sentibus & agētibus nostris cōstitutum est: approbamus. ut suaz̄ interim Ecclesiarum essent cōmuniōe cōtenti. sed cū legatis nostris quos misimus: p̄cipare tecū sollicitudine uolumus: disponat̄: q̄renus u qui plenis satisfactiōibus male/gesta condemnant: & accusare se magis eligunt: q̄ tueri: pacis & cōmuniōis unitate letent̄: ita ut digno p̄us anathemate que cōtra fidē Catholicā sunt recepta dānent̄. Aliter. n. in Ecclesia dei que corpus est X̄p̄i: nec sacra sunt sacerdotia nec uera sacrificia: nisi in nostre pprietate nature uerus nos Pōt̄ifex recōciliet: uerus im/maculati agni sāguis emūdet: q̄ licet in patris sit dextra cōstitutus: in eadē tñ carne quā sūpsit ex uirgine: sacramentū ppiciationis exeq̄tur. dicēte Apostolo X̄p̄s Iesus q̄ mortuus est: immo qui & resurrexit: qui est in dextra dei: qui etiam interpellat pro nobis. Neq; .n. potest in aliquo benignitas nostra rephēdi: cū a satisfactiōibus recipimus: qđ uolumus esse deceptos. Nec aspere igitur cōmuniōis nostre gratia denegāda ē: nec temere largiēda. q̄a sicut

pietatis plenū ē: oppōssis caritatis sinū dñice rediberi: Ita iustū est
 omnia pturbatōis autoribus imputari. De nominibus aut̄ Dioscori
 Iuuenalis & Eustasii ad sacrū altare recitādīs: dilectionē tuā hoc
 decet custodire: qđ sacerdotes dñi ibidem constituti faciendum esse
 dixerunt. qđq; ordinationi memorande sancti Flauiani non re/
 pugnet: gratia tua X̄piane plebis animos nō auertat. Nā iniquū
 nimis est atq; incongruū eos q; innocētes & catholicos sua p̄secutiōe
 uexarunt: sanctorū nominibus sine discretiōe misceri. cū dānatam
 impietatem non deserentes: ipsa sua prauitate condēnentur. quos
 cōuenit aut p̄celli pro p̄fidia: aut laborare pro uenia. Fratrem
 uero & Coep̄m nostrū Iulianum uel clerof qui sancte memorie
 Flauiano fidelibus offitū adheferunt: dilectioni quoq; tue uolu/
 mus adherere: ut quē fidei sacramētis uiuere apud dñm nostrum
 nouimus: in te sibi eū p̄ntem eē cognoscāt. Illud quoq; dilectionē
 tuā nosse uolumus: frēm & coep̄m nostrū Eusebiū: q; causa fidei
 multa discrimia laboresq; tolerauit: nobiscū interdū morari: & in
 nostra nūc cōmuntione p̄sistere. Cuius Ecclesiam tua sollicitudine
 uolumus eē defensā. ut nihil eodē abñte depeat. & nullus ei in ali/
 quo p̄iudicare p̄sumat. donec cū litterarū nostrarū ad uos p̄secutiōe
 pueniat. & ut maiore caritate uel nostra uel totius X̄piane plebis
 affectiōe puocet: hoc qđ ad dilectionē tuā sc̄psimus: in omnium
 uolumus noticiā puenire. ut q; deo nostro nūc seruiūt: de cōfirma/
 ta apud te pace sedis aplīce gratulent̄. De ceteris uero dissidiū causis
 atq; p̄uersiōis dilectio tua litteris q̄s per nostros accipiet: plenius
 instruet̄. Datū. Id̄. Aprilis.

Leo Papa Leoni Augusto salutem in domino.

Offitū que ad gratulationē imp̄i uestri p̄tinēt: p̄solutis: etiā
 hāc paginam necessarie supplicatiōis adieci: q̄ catholice fidei
 diuinitus preparatum laboris uestri posco p̄sidium. Nam talia in
 Alexādrina Ecclesia p̄petrata fratris & Coep̄i mei Anatoli rela/
 tione cognoui: ut oīs X̄piana religio s̄t̄iat se īpediri atq; uiolari:
 nisi in uniuersū fidei uestre deuotiōe p̄spicit̄. & memorate Ecclesie:
 que añ catholicis fuit clara rcōribus: reddat̄ X̄piana libertas. ut
 cessantibus hereticorū impugnationibus Euāgelica doctrina: que
 illic añ Dioscororū uiguit unitas cū totius ecclesie pace reparet̄. qđ
 opus uirtutibus uestris glorieq; cōueniens celerē & deo placitum
 habebit effectū: si apud scām Chalcedonēsem Synodū de domini

nostri Iesu Xpi incarnatione firmata nulla promiseritis retractatione
pullari. quia & in illo concilio per spiritum sanctum congregata atque
perfectis definitionibus cuncta firmata sunt. ut nihil ei regule que ex
diuina inspiratione prelatum est: aut addi possit: aut minui. Hoc autem
etiam apud clemente uestre scientiam non ambigimus esse perspicuum. Siquidem
multorum ante relationem molitiones hereticorum que contra predictae Synodi
auctoritatem conabantur assurgere: nihil ex hoc promiseritis audire:
unde quod negandum illis sponte uidistis: gloriosum uobis est uniuersali
Ecclesie me supplicante concedere. & incommutabiliter perpetue prestare.
ut que secundum Euangelium Xpi & predicationis Apostolice ueritatem
omnibus retro seculis una fide unaque intelligentia roborata sunt: nulla
alterius possint accusatione couelli. propterea ergo miro dei consilio Episcopus
mentem uestre pietatis instruxerit: sancte promissus Alexandrine Ec-
clesie pacis reparationem consulat per catholicos sacerdotes talem
puederi iubete Pontificem: in quo & in actuum probitate & fidei perfec-
tione nihil possit reprehensibile reperiri. ut omnibus rite compositis eadem
ubique seruetur predicatio ueritatis. Datum. v. Idus Iulii Constante &
Ruffo consulibus.

Leo Papa Leoni Imperatori salutem in domino.

Ieo Episcopus Leoni Augusto. promississe me meminisse uenerabilis
Imperator in causa fidei: de qua clementiam tuam noui pie esse
solicitam pleniorum humilitatis mee dirigendum esse sermonem: quem
nunc auxiliante domino fidei occasione persoluo. ut sancte pietatis
tue studio utilis quantum arbitror: deesse non possit instructio.
Quis enim scientiam clementiam tuam humanis institutionibus non egere:
& sincerissima abundantia spiritus sancti hausisse doctrinam: officium tuum
mei est & patefacere que intelligis. & predicare quod credis. ut ignis
ille quem dominus ueniens in terra diffudit: motu crebre medita-
tionis agiturus: sic incalescat: ut ferueat. & sic inflammetur: ut
luceat. Magnas enim caligines Eutychniana heresis orientis partibus
inferre molita est. & ab illa luce que sicut in Euangelio loquitur:
in tenebris lucet: & tenebre eam non comprehenderunt: imperi-
torum oculos temptauit auertere. cum ipsa in suam reciderit ce-
citatem: nunc in discipulis recrudescit: quod in autore defecit.
non longo unquam temporis interuallo ualuit catholica fides que
est singularis & uera cuique nihil addi nihil minui potest: a uocibus
hostilibus appetita succumbere. quorum prior Nestorius:

Eutyches scđs emerſerit. q in Eccliam dei hereses ſibi meti p̄iſ con-
 trarias inferre uoluerūt. ut uterq; a p̄dicatoribus ueritatis merito
 dānaret: q̄a iſanū nimis & ſacrilegū fuit: qđ uaria falſitate ambo
 ſenſerūt. Anathematizet ergo Neſtorius: q beatā uirginē Mariā
 nō dei ſed hoīs t̄m̄mō creditit genitricē: ut aliā p̄ſonā carnis aliā
 faceret deitatis. Nec unū ſpiritū in uerbo dei et carne ſentiret. ſed
 ſeparatū atq; ſeiuētū. alterū filiū dei. alterū filiū hoīs p̄dicaret cō-
 manētē illa incōmutabili uerbi eſſentia: que ei cum patre & cū ſpū
 ſcō in p̄ſonalis atq; coeterna ē. ut ita intra uirgīs uiscera uerbū caro
 ſit factū: ut p̄ id qđ ineffabile ſacramētū uno cōceptu unoq; partu
 ſcđm ueritatē utriuſq; nature eadē uirgo & ācilla dñi eēt: et mater.
 qđ etiā Helisabeth ſicut Lucas Euāgelista declarat: itellexit. et
 dixit. Vnde hoc mihi: ut ueniat mater dñi mei ad me? Eutyches
 quoq; eodē p̄cellat anathēate q p̄ ipſos ueterū hereticorū ſuolutus
 errores tetrū Apolliaris dogma deſēdit: ut negata humane carnis
 atq; aīe ueritate: totū dñm noſtrū Ieſū x̄pm uniuſ aſſerat eē na-
 ture: tanq̄ uerbi dei deitas ip̄a ſe i carnē aīamq; cōuerterit: cōcipi
 ac naſci nutriri ac p̄ficere: mori ac reſurgere: et aſcendere in celū:
 & ad patris dextrā cōſidere: unde ad iudicandos uiuos et mortuos
 ueniet. cū cōſideret diuine t̄m̄ eē ſn̄ie que nihil i ſe ſine carnis re-
 cepit ueritate. qm̄ natura unigēiti natura ē patris natura ē ſpūs
 ſcī ſimulq; i paſſibilis ſimul ē incōmutabilis: ſēp̄terne trītatīſ i diuiſa
 unitas: & cōſubālis eſq̄litas. unde ſi ab Apolliaris puerſitate Euty-
 chianus qſq; diſceſſit ne cōuincat deitatē paſſibilē dicere: & iā uerbi
 incarnationē ideſt carnis & uerbi unā audet p̄nūciare naturā: ma-
 niſte in Valētini & Manichei trāſit iſantiā. & mediatorē dei et
 hoīm hoīem Ieſum X̄pm ſimulatorie ex ſe credidit oīa egiſſe. nec
 humanū ipſū corpus ſed phātaſtica corpis ſp̄e oculis appuiſſe cernē-
 tiū. que impietatis mēdacia olim fidelis catholica deteſtat. & aliorum
 aſſertionū ſacrilega cōcordibus p̄ totū mundū ſunt dānata ſn̄iſ.
 non dubiū ē eā noſ fidē p̄dicare: atq; deſēdere: quā ſcā Synodus
 Nicena confirmauit dicens.

¶ Symbolum Nicēnum. trecentorū. x. et octo. patrum.

QRedimus in unū deū patrē oīpotentē uiſibiliū & inuiſibiliū
 factorē. et i unū Ieſū X̄pm dñm noſtrū filiū dei. natum de
 patre unigenitū. hoc eſt de ſubā patris. deū de deo lumē de lumē
 deū uerū de deo uero. natū non factū. uniuſ ſubſtātie cū patre.

quod Greci dicunt hōuston. pro quibus omnia facta sunt. siue que in celo siue que in terra. quod propter nos & propter nostram salutem descendit de celo. & in carnatus est. et homo factus. passus est. et resurrexit tertia die. et ascendit in celum. inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. et in spiritu sancto. In qua professione hoc euidentissime continet: quod etiam nos de domini incarnatione confitemur. et credimus. quia ad salutem humani generis reformandam ueram carnem nostre fragilitatis non de celo secum detulit. sed in utero matris assumpsit. quocumque ergo illi sunt ita obcecati et a lumine ueritatis alieni ut uerbo dei a tempore incarnationis humane carnis denegent ueritatem ostendant: in quo sibi christianum nomen usurpent. et cum Euangelio ueritatis que ratione concordent. si beate uirginis partu aut caro sine deitate aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest Euangelista dicente: quod uerbum caro factum est: et habitauit in nobis: Ita negari non potest beato Apostolo dicente: quod deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. que autem reconciliatio esse posset: que humano generi propiciaretur deus: nisi omnium causa mediator dei et hominum carnem suscepisset? qua uero ratione ueritatem mediatoris impleteret: nisi qui in forma dei equalis est patri: in forma serui particeps esset et nostri? et mortis uinculum unius preuagatione contractum: per unius mortem nihil debet solueretur. effusio namque iusti sanguinis tam fuit diues ad precium ut si uniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet: nullum diaboli uinculum retineret. quoniam sicut Apostolus ait: ubi abundauit peccatum: superabundauit gratia. et cum sub peccati preiudicio nemo potestatem acciperet ad iusticiam renascendi: ualidius factum est donum libertatis que debitum seruitutis. quam itaque sibi in huius sacramenti precio spem relinquunt: qui in saluatore nostro negant humani corporis ueritatem? dicant quo sacrificio reconciliati: dicant quo sanguine sint redempti. quis est ut Apostolus ait: qui tradidit semetipsum pro nobis? oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis? aut quod unquam sacrificium tam sacratum fuit: que quod uerus eternus pontifex in altare per immolationem sue carnis imposuit? Quamuis enim multorum sanctorum in conspectu domini preciosa mors fuerit: nullius tamen in sanctis occasio redemptionis fuit mundi. Acceperunt isti non dederunt coronas: et de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientie non dona iusticie. Singulares quippe in singulis in morte fuerunt. nec alterius quam debitum in suo fine persoluit. Cum iter filios hominum unus dominus noster Iesus

Christus qui uere erat agnus immolatus existeret: in quo omnes
 crucifixi: omnes mortui: omnes sepulti: omnes sunt etiā suscitati:
 De quibus etiam ipse dicebat: Cum exaltatus fuero a terra: omnia
 traham ad me: fides etenim uera iustificans impios & creans iustos
 ad humanitatis sue tractum participem: in illo acquirit salutem:
 in quo solus homo se inuenit innocentem. liberq; habens per gratiā
 dei de eius potentia gloriari: qui contra hostem humani generis in
 carnis nostre humilitate congressus ut uictoriam suam tribuit: in
 quorum corpore triumphauit. licet ergo in uno domino Iesu
 Christo uerbo dei atq; hominis filio: uerbi & carnis una persona
 sit: que inseparabiliter atq; indiuise communes habeat actiones:
 intellegende tamen sunt ipsorum opeꝝ qualitates: & sincere fidei
 contemplatione cernendū est & q̄ prouebatur hūilitas carnis: &
 q̄ inclinetur altitudo deitatis. quid sit: q̄ caro uerbū sine carne nō
 efficit. sine uerbi enī potētia nec cōciperet uirgo nec pareret. Et
 sine ueritate carnis subuoluta pannis infantia non iaceret. Sine
 uerbi potentia nō adorarēt Magi puerum stella indice declaratū:
 & sine ueritate carnis non iuberet transferri in Egypto puer. &
 ab herodis psecutione subduci: sine uerbi potentia nō diceret uox
 patris missa de celo. Hic ē filius meus dilectus: in quo mihi cōpla/
 cui. & sine ueritate carnis non protestaret Iohannes: Ecce agnus
 dei: ecce qui tollit peccata mundi. sine uerbi potentia non fierent
 tante gratie debiliū: & uiuificatio mortuoz. & sine ueritate carnis
 nec cibus ieiuno nec somnus esset necessarius fatigato. Postrema
 sine uerbi potentia non se dñs patri pfiteretur equalem: & sine
 ueritate carnis nō idem diceret: patrē se esse maiorē: cū catholica
 fides utrunq; suscipiat. utrunq; defendat. que secundū confessionē
 beati Petri Apostoli unum dei filiū & hominem credit. & uerbū.
 Quauis itaq; ab illo initio quo in utero uirginis uerbum caro
 factū est: nihil unq̄ inter utranq; formā aliqd diuisionis extiterit:
 et per omnia incrementa corporea unius persone fuerint totius
 temporis actiones: ea ipsa nanq; que inseparabiliter facta sunt:
 nulla cōmixtione confundimus: sed tamē quid cuius forme sit: ex
 opeꝝ qualitate sentimus. Dicant ergo nunc isti hypocrite qui ceci
 mentis uolunt lumen recipere ueritatis: in qua forma crucis ligno
 affixus sit dñs maiestatis? quid iacuerit in sepulchro? & reuoluto
 monumēti lapide que die tertio caro resurrexerit? & i qua post
 resurrectionem suā non credentes quosdā discipulos arguebat? et

belicationem dubitantium confutabat: cum diceret: palpate. et uidete. quia spiritus carnis & ossa non habet: sicut me uidetis habere: et Apostolo Thome: Infer manum tuam in latus meum. & inde manus meas & pedes meos. & noli esse incredulus: sed fidelis. qua utique manifestatione corporis sui iam hereticorum mendacia destruebat. Ut uniuersa Ecclesia Christi in uerba doctrinis hoc sibi non dubitaret credendum quod Apostoli susceperant predicandum. Ac si in tanta luce ueritatis tenebras suas heretica obduratio non reliquit: ostendat: Vnde sibi spem uite polliceat eterne. Ad quam nisi per mediatorum dei & hominum Iesum Christum non potest perueniri. Sicut enim ait beatus Petrus Apostolus: Non est enim aliud nomen datum hominibus sub celo in quo oporteat nos saluari: nec est redemptio captiuitatis humane nisi in sanguine eius qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. & sicut predicabat beatus Apostolus Paulus Cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est: esse se equalē deo. sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus: & habitu inuentus ut homo. humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis: propter quod & deus exaltauit illum. Et donauit illi nomen: quod est super omne nomen. ut in nomine Iesu omne genu flectat celestium. terrestrium. & infernorum. & omnis lingua confiteatur. quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Cum ergo unus sit dominus Iesus Christus: & uere deitatis uereque humanitatis in ipso prorsus una eademque persona sit: Exaltatione tamen qua illum sicut doctor gentium dicit: exaltauit deus: & donauit illi nomen quod est super omne nomen: excellit. ad eam intelligamus formam que ditanda erat tante glorificationis augmento. In forma quippe dei equalis erat patri. & inter genitorem atque unigenitum nulla erat in essentia discretio: nulla in maiestate diuersitas. nec per incarnationis mysterium aliquid recesserat uerbo: quod dei patris munere redderetur. Forma autem serui est: per quam impassibilis deitas sacramentum magne pietatis impleuit. Humana humilitas est: que in gloria diuine pietatis euecta est. In tanta unitate ab ipso conceptu uirginis deitas & humanitas conferta est: ut nec sine homine diuina: nec sine deo agerent humana. Propter quod sicut dominus maiestatis dicitur crucifixus. atque sempiternitate equalis est deus dicitur exaltatus quia inseparabiliter manente unitate persone unus atque idem est totus hominis filius: propter unam cum patre deitatem. quicquid enim in tempore accepit Christus secundum

hominem accepit. cui que non habuit: conferrent. ¶ Nam scđm
 parcientiam deitatis: indifferenter oīa que habet pater: etiā filius
 habet. & que in forma serui a patre accepit: eadem in forma dei
 etiam ipse donauit. Secundū enim formam dei ipse & pater unum
 sunt: scđm formam autē serui non uenit facere uolūtatem suam:
 sed uoluntatem eius qui misit eum: scđm formam dei sicut pater
 habet uitā in semetipso: sic dedit habere & filio in semetipso. scđm
 formam serui tristis est anima eius usq; ad mortem. & idem ipse
 sicut Apostolus pđicat: & diues & pauper. Diues qđē Euangelista
 dicente: In principio erat uerbum. & uerbum erat apud deum. &
 deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. oīa per ipsū
 facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Pauper uero qđ propter
 nos uerbum caro factum est. & habitauit in nobis. que autem ē
 eius exinanatio que eius paupertas nisi forme seruilis acceptio: p
 quā uerbi maiestas uelata dispensatio hūane redemptionis impleta
 est. Nam captiuitatis nostre resoluti originalis iura non poterant:
 nisi existeret homo nostri generis quem nostri peccati preiudicia
 non tenerent. & qđ immaculato sanguine suo chirographū letale
 dilueret. sicut ab initio diuinitus pđordinatum: ita est in plenitudie
 prefiniti temporis factum: ut multis modis significata pmissio in
 diu expectatum uenisset effectum. nec posset esse ambiguū: qđ
 continuis reificationibus semp fuerat nuntiatum. In magno autē
 sacrilegio se uersari hereticorū manifestat impietas: cū sub specie
 deitatis honorande humane carnis in Xpō denegant ueritatem. &
 religiose estimant credi: si dicatur in saluatore nostro uerū non
 esse qđ saluat. Cum ita scđm promissionem oīa secula pcurrentē:
 mundus sit deo reconciliatus in Xpō: ut nisi uerbum dignaretur
 caro fieri: nulla posset caro saluari. Omne enim sacramentū fidei
 Xpiane magno ut heretici uolūt declarat obscuro: si lux ueritatis
 sub mendacio putat latuisse phantasmatis. non ergo quisqđ eru/
 bescendū existimet Xpianis suscepisse de nostro Xpm corporis
 ueritatē quē omnes Apostoli quē discipuli & preclari Ecclesiarū
 quiq; doctores qđ ad martyrii coronā uel ad cōfessionis meruerūt
 gloriam puenire: qui in huius fidei lumine splenduerūt: consonis
 ubiq; sententiis insonantes: consentiunt qđ in dño Iesu Christo
 deitatis & carnis una sit confitenda persona. qua autem rationis
 similitudine qua diuinorū uoluminum portioe hereticas impietates
 estimant adiuuari: qđ ueritatem negant corporis Xpi: cū hoc nō

lex testificari: non Prophetia p̄cinere: nō Euangelia docere: nō ipse destiterit X̄pus ostendere: querant p̄ omnē seriē scripturarū quo tenebras suas fugiant: non quo uerum lumen obscurent: & p̄ omnia secula ita ueritatem inuenient coruscantem: ut magnum hoc & mirabile sacramentum ab initio uideant creditum: qđ est in fine completum. De quo cum sanctarum scripturarū nulla pars sileat: sufficit quedā consone ueritatis signa posuisse q̄bus diligētia fidei splendidissima latitudine dirigat̄. & sincera intelligentie luce p̄spiciant: qđ in filio dei q̄ se incessabiliter filiū hominis & hoīem profitetur: non sit Christianis erubescendum. sed constantissime glorandū. ut aut̄ pietas tua cum uenerabiliū patrū p̄dicatiōibus nos concordare cognoscat: aliquantas eoz̄ sententias huic credidi subuiciendas esse sermoni. quas cū dignaberis recensere non aliud nos p̄dicare reperies: q̄ qđ s̄cti patres nostri toto orbe docuerūt nec quenq̄ ab illis nisi solos impios hereticos discretare. His igitur uerbis gloriosissime & uenerabilis Imperator q̄ta potui breuitate perstrinxerim: cum inspiratam tibi diuinitus fidem etiam nostra predicatione munitā esse cognoscerem. nec in aliquo nos ab Euāgelica Apostolicaq; doctrina uel catholice professionis Symbolis discrepare. qm̄ sicut docet bt̄us Apostolus Paulus magnū pietatis sacramentum: qđ manifestum est in carne iustificatum in spiritu apparuit angelis. predicatū est gentibus. creditū est in hoc mūdo. assumptū est in gloria. Quid igitur tue utilius est saluti: quid tue congruentius potestati: q̄ ut paci Ecclesiaz̄ dñi tua constitutione prospicias. & in omnibus tibi subditis dei dona defendas. neq; ulla ratione patiaris per inuidiam diaboli ministros in cuiusq; seuire prouincia. ut qui in seculo temporalis emines Regno: in eternum merearis regnare cum X̄po.

Testimonia excerpta de libris catholicorū patrum a Leone Papa collecta Leoniq; Imperatori directa qđ dñs noster Iesus Christus uersit deus. & uerus homo. Sententia sancti Hilari pictauiensis Episcopi. In secundo libro de fide inter cetera:

QNum igitur hoc immobile fundamentum una hec felix fides petra Petri ore confessa: Tu es inq; Christus filius dei uiuis tanta in se argumenta sustinens ueritatis: quante peruersitatum questiones & infidelitatis calumnie mouebuntur. Iam in ceteris disp̄satio ueritatis paterne sit. ergo partus: & corpus postq; crux

mors: inferi: salus nostra est. hūani generis causa dei filius natus est ex uirgine & spiritu sancto ipso sibi in hac operatiōe famulāte & sua dei uidelicet: inūbrante uirtute: corporis sibi initia cōsciuit & exordia carnis instituit: ut homo factus ex uirgine naturā in se carnis acciperet. p̄ quā huius admixtiōis societate sanctificatū in eo uniuersi generis humani corpus existeret. & quemadmodum omnes in se per id quod corporeum esse se uoluit: conderent: ita rursus in om̄s ipsum per id quod eius est inuisibile referret. dei igitur imago inuisibilis pudorē humani exordii non recusauit: et post conceptionem partum uagitum & cunas om̄s nature nostre contumelias transcurrit. qd̄ tandē dignū a nobis tante dignatiōis affectu impendetur? Inenarrabilis adeo originis unus unigenitus deus in corporis humani formam sancte uirginis utero insertus accrescit. & qui omnia continet: intra quē & p̄ quem cuncta sūt: humani partus lege profertur. & ad eius uocem archangeli atq; angeli tremūt. celum & terra & oīa huiusmodi elemēta resoluūt. Vagitus infantie auditur: qui inuisibilis & incomparabilis est: nō uisu sēsu tactuq; moderandus cunis est obuolutus. Hec siq; idigna deo recolat: tanto se maioris beneficii obnoxium confitet: quanto minus hoc dei conuenerit maiestati. Non ille eguit homo efficit: p̄ quem homo factus est. sed nos eguimus: ut deus caro firret: & habitaret in nobis. .i. assumptiōi carnis unitus mēbra uniuerse carnis incoheret. hūilitas eius nostra nobilitas est. Contumelia eius honor noster est. quod ille est deus in carne cōsistens: hoc nos uicissim in deum ex carne renouati.

Item eiusdem in eodem libro inter cetera.

Nescit plane uitam suam qui Xpm̄ Iesum ut uerū deum ita et uerū hominem ignorat. & eiusdē periculi res est Christū Iesū uel spiritū uel carnē nostri corporis denegare om̄s ergo inquit qui cōfitebit me corā hoībus: cōfitebor & ego illū corā patre meo q̄ est in celis. qui autē negauerit me corā hoībus: & ego negabo eū corā patre meo q̄ est in celis. hoc uerbū caro factū loquebatur. & homo Xpus Iesus dñs sacramento utrunq; unus existens dū ipse & unitus in idipsū naturis nature utriusq; res est: ita tñ ut neutro careret in utroq;: ne forte deus homo nascendo esse desineret. & homo rursus deus manendo nō esset. hoc itaq; hūane beatitudinis fidel uera est: deū & hominem predicare: uerbū & carnē cōfiteri:

neq; deū nescire qđ homo sit: neq; carnē ignorare qđ uerbum sit.

Item eiusdem in eodem libro inter cetera.

Natus igit̃ unigēitus deus ex uirgine hō: & scđm plenitudinē tēpor̃ i semetipso puecturus i deū hoīem hūc p oīa euāgelica sermonis modū tenuit: ut se filiū dei credi dōseret. & hoīs filium p̃dicaret & āmoneret. loquēs & gerens hō uniuersa que dei sunt. Loquens deinde & gerens deus uniuersa que hoīs sunt: ita tñ ut in ipso utriusq; generis sermone: nūq̃ nisi cū significatione & homīs locutus sit: & dei.

Item eiusdem in eodem libro inter cetera.

Hinc itaq; fallendi simplices atq; ignorantel hereticis occasio ē. ut que ab eo scđm nature diuine infirmitatē mentiāē: & qđ unū atq; idē ē loquēs oīa que loquit̃ de semetipso. oīa eū locutū esse cōtendant. Nec sane negamus totū illū qđ & nature sue eē sermonē. sed si Iesus X̃p̃s & hō & deus: & neq; cū hō sit tū primū et deus: neq; tū cum & hō tū nō etiā & deus. neq; post hoīem in deo nō totus hō totus deus unū atq; idē necesse est director̃ eius sacramenti esse qđ generis. & cū in eo scđm tempus discernis hoīem a deo. dei tunc atq; hoīs discernis sermonē & cū deū atq; hoīem in tēpore cōfiteberis: dei atq; hoīs in tempore diudica. Cū uero ex hoīe & deo rursū totius hoīs totius etiā dei tempus intelligis: Si qđ aliud ad demonstrationē temporis dictū est: tēpore coaptato que dicta sunt: ut cū aliud sit ante hoīem deus: aliud sit post hoīem & deū totus homo & totus deus: ne cōfūdas tēporibus & generibus dispensationis sacramentū. Cū pro q̃litate genēꝝ ac naturāꝝ aliū ei in sacramēto hoīs necesse est sermonē fuisse nō nato: aliū adhuc morituro: aliū iā eterno. Nostri igit̃ causa hec oīa Iesus X̃p̃us: gerens: & corporis nostri homo natus scđm cōsuetudinem nostre nature locutus est: nō tñ omittens nature sue esse quo deus est. nā tamen in partu & passione & morte nature sue gessit. Et reliq̃.

Item alio loco in eodem libro inter cetera:

Uidesne ita deum & hominem predicari ut mors homini deo uero exercitatio carnis deputetur. non tamen ut alius sit: q

mortuus resurrexit. Spoliata enim carne Xpus est mortuus: & rursus Xpm a mortuis excitat idem Xpus est: carne se expoliat. Naturam dei in uirtute resurrectionis intellige. dispensationem hois in morte cognosce. & cu sint utraq; suis gesta naturis: unum tamen Xpm Iesum memento esse: qui utrunq; est. Hec igitur demonstranda a me paucis fuerunt: ut utriusq; nature formam tractari in domino Iesu Xpo meminissemus. quia qui manens in forma dei formam serui suscepit: ipse diuinitatem nequaquam amisit.

Item Athanasii Alexandrie Ecclesie Epi & contra ad Epictetum Corinthiorum Episcopum.

Quomodo autem uel dubitare ausi sunt: qui dicunt Xpiani: si dominus qui ex Maria uirgine processit. Deus quidem de substantia & natura dei sit: quod autem secundum carnem ex semine Dauid esse ex carne sancte Marie.

Item sancti Ambrosii Episcopi Mediolanensis Ecclesie ex libris quos misit ad Imperatorem Gratianum in libro secundo fideliter inter cetera.

Unde illud quod lectum est: dominum maiestatis crucifixum esse non quidem in maiestate sua crucifixum putemus. Sed quia idem deus idem homo per diuinitatem deus per susceptionem carnis homo Iesus Xpus dominus maiestatis dicitur crucifixus. quia consort utriusque nature id est humane atque diuine: in natura hominis subiecit passionem. ut discrete & dominus maiestatis dicatur esse qui passus est: & filius hominis sicut scriptum est qui descendit de celo.

In alio loco in eodem libro inter cetera.

Silicet igitur inanis dissensionis inanes de sermonibus questiones quia regnum dei sicut scriptum est: non in persuasione uerbi est: sed in ostensione uirtutis. Seruemus distinctionem diuinitatis & carnis. unus in utroque loquitur dei filius: quia in eodem utraque natura est. & si qui idem loquitur: non uno loquitur semper modo. Intende in eo nunc gloriam dei nunc hominis passiones. quasi deus loquitur: que sunt diuina. quia uerbum est. quasi homo dicit: que sunt humana: quia in ea substantia loquebatur.

Item eiusdem in libro de incarnatione domini contra Apollinaristas.

Sed dū hos redarguimus: emergunt alii: qui carnem domini dicant: & diuinitatem unius nature. que tantum sacrilegium inferna uomuerunt? Iam tolerabiliores sunt Ariani: quorum per istos perfidie robur adolescit. ut maiori contentione se afferant patrem & filium & spiritum sanctum unius non esse substantie: qa isti diuinitatē dñi & carnē substantie unius dicere cēptauerūt.

¶ Item eiusdem infra inter cetera.

Et hi mihi frequenter Niceni concilii tractatum se tenere commemorant: sed in illo tractatu patres nostri non carnem sed uerbum unius substantie cum patre esse dixerunt. & uerbum quidem ex paterna processisse substantia: carnem autem ex uirgine esse confessi sunt. quo modo igitur Niceni concilii nomen obtēdit: & noua inducūt: que nūq̄ nostri sēserē maiores. Et reliq̄.

¶ Item eiusdem ad Sabinum Episcopum.

Unde pulchre Apostolus eiusdem repetitione usus est dicens de domino Iesu Christo: qui cum in forma dei esset: nō rapinā arbitratus est: se esse equalem deo. sed semetipsum exinaniuit: & accepit plenitudinem nature & perfectionis humane. Sicut deo nihil deerat: ita nec hominis confirmationi: ut esset perfectus in utraq; forma: Vnde & aliud dicit: Speciosus forma pre filius hominum. Concluditur Apollinaris iste nec quo se uertat: habens: suis clauditur retribus. Ipse enim dixerat: formam serui accepit. nō seruus locutus. Iterum ergo interrogo: quid est in forma dei respondit in natura dei. sicut enī Apostolus ait: quia natura: nō sunt di. Quero quid sit formā serui accipiens: sine dubio pfectio nature & cōditōis ut dixit hūane: ut esset in hominis similitudinē. & pulchre nō carnis sed hominū dixit similitudinē. qa ī carne eadē est. sed qa sine peccato erat solus: omīs aut homo ī peccato ī specie hoīs uidebat. Vnde & Propheta ait: & homo ē: & q̄ cognoscer eū? homo scđm carnē. & ultra hoīem diuina operatiōe deniq; cū leprū tāgeret: homo uidebat. sed ultra hoīem cum mundaret. & cū Lazari mortuū fleret: mortuū q̄si hō flebat. & supra hoīem erat: cū mortuū hūc iuberet pedibus exire. hō uidebat cū pēderet in cruce. supra hominem cum reseratis tumulis mortuos suscitaret.

Augustini Ep̄i Hipponen̄ ad Dariú inter cetera.

Noli itaq; dubitare: ibi nunc esse hominem Christum unde uenturus est. memoriter recale et fideliter tene Christianã confessionẽ. quoniam resurrexit a mortuis. Ascendit in celum. sedet ad dexterã patris. nec aliunde q̄ inde uenturus est ad uiuos et mortuos iudicandos. Et sic uenturus est: illa angelica uoce testante quemadmodũ est uisus ire in celum: id est in eadẽ forma carnis atq; substantia. cũ p̄fecto immortalitatẽ dedit: naturam non abstulit et cetera.

Item Eiusdem in Epistola ad Volustianum.

Nunc uero ita inter demu. et homines mediator apparuit: ut in unitate persone copulãs utranq; naturam: et solita sub / limaret insolitis. et insolita solitis temperaret. et cetera.

Eiusdem in expositione secundum Iohannem.

Quid igitur heretice cum Christus sit deus et homo: loquitur ut homo: et calumniaris deo. Ille in se naturam cõmendat humanam. tu in illo audes deformare diuinam

Eiusdem infra.

Agnoscamus geminam substantiam Christi: diuinam scilicet qua equalis est patri. humanã qua minor est patre. Vtrũq; autem simul non duo sed unus Christus: ne sit quaternitas non trinitas deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro: sic unus est Christus deus et homo. Christũ in his omnibus X̄pm in singulis confitemur. quis est ergo per quem factus est mũdus? Christus Iesus: sed in forma dei. quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus. sed in forma serui.

Item eiusdem citus supra.

Quis enim est derelictus in inferno? Christus Iesus. sed in anima sola. quis resurrecturus triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus. sed in carne sola. dicitur ergo in his singulis X̄ps.

Verum hec omnia non duo uel tres sed unus est Christus. Ideo ergo dixit. Si diligeretis me: gauderetis utiq; quia uado ad patrem. Nam nature humane gratulandum est: eo qd sic assumpta est a uerbo unigenito ut immortalis constitueret in celo. atq; ita fieret terra sublimis: ut incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris.

Sancti Iohannis Constantinopolitani Ep̄i et confessoris in homelia de cruce et latrone.

Sed cur cum cruce ueniet? Scilicet ut u qui eum crucifixerunt sue sentiant demencie cecitatem. et ideo demencie eorum signum portat. et ideo Propheta ait: Tunc lamentabuntur tribus terre uidentes accusatorem et agnoscentes peccatum. et quid mirum est si crucem portans adueniat: quando et uulnera corporis ipsa demonstrat. Tunc enim inquit uidebunt quem crucifixerunt. et sicut post resurrectionem Thome uoluit diffidentiam confortare: et illi clauorum loca monstrauit: et lateris uulnera declarauit. Dixitq; mitte manum tuam: et uide quoniam spiritus carne et ossa non habet: sicut me uidetis habere: sic et tunc ostendet uulnera: crucemq; demonstrabit: ut ostendat illum esse qui fuerat crucifixus.

Item de ascensione domini eiusdem.

Nam sicut de duobus iurgio separatis unus in medio positus alter tantum litem discordiamq; dissoluit: ita et Christus fecit. Deus nobis iuste irascebatur. et nos continebamus iratum et clementiam domini declinabamus et se medium Christus ingressus. et sociavit utranque naturam: et nobis quod imenebat: supplicium ipse sustinuit.

Eiusdem in eadem homelia.

Christus ergo nostre nature primitias obtulit patri. oblatum domini miratus est pater. quod tanta dignitas offerebat: et quod offerebat: nulla macula fedebatur. Nam et suis manibus suscepit oblatum. et sue sedis fecit esse participem. et quod plus est ad partem sue dextre collocauit. Cognoscamus quis ille est: qui audiuit: sede ad dexteram meam. que natura est: cui dixit: Esto mee princeps sedis. que illa natura que audiuit: terra es. et in terram ibis.

Eiusdem in eadem homilia de Ascensione.

Quo sermone utar quo uerbo dicam: reperire non possum. **Natura** fragilis natura contempta et omnibus monstrata deterior: omnia uicit. omnia superauit. omnibus hodierno die meruit excelsior repiri. Hodie angeli uota diu desiderata susceperunt. Hodie archangeli quod multo tēpore cupiebāt inspicere ualuerunt. naturam nostram in se dominica immortalī fulgente gloria preuiderunt.

Sancti Theophili Episcopi Alexandrini de Epistola Paschali quā per Egyptū destinauit.

Qui rei testis ille qui loquitur: omnes declinauerunt. simul inutiles facti sūt. et Propheta Christi auxilium deprecās: Domine inclina celos tuos et descende. non ut mutaret locum in quo omnia sunt. sed ut propter salutem nostram carnem hūane fragilitatis assumeret. Apostolo eiusdē concinēte. Cū esset diues Pauper factus est: ut nos eius paupertate ditaremur. uenitq; in terras et de uirginali utero quem sanctificauit: Egressus homo interpretationē nominis sui Emanuel id est nobiscū deus: dispēfatione consumans: mirum in modum cepit esse quod nos sumus. et non desit esse: quod erat. sic assumens naturā nostrā: ut quod erat: ipse non perderet. quanq̄ enim Iohannis scribat: Verbum caro factum est. idemq; alius uerbis dicat: Et deus homo factus est: Verbum tamen non est uersum in carnem quia nunq̄ deus esse cessauit. ad quem et spiritus sanctus loquitur: Tu autē idem ipse es. Et pater de celo contestatur. Tu es filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui: ut et homo factus nostra confessione dicatē pmanere: qđ fuit: prisq̄ homo fieret. Paulo nobiscū eadē predicante. Iesus Christus heri et hodie in eternū. in eo enī quod ait ipse: ostendit eum pristinam mutasse naturam. nec diuinitatis sue imminuisse diuitias quia propter nos pauper effectus plenam similitudinem nostre conditionis assumpserat.

Eiusdē in Epistola Paschali contra Origenē inter cetera.

Unus filius patris nostriq; mediator: nec equalitē eius amisit. nec a nostro consortio sepatus est: inuisibilis deus et uisibilis

homo forma serui absconditus: et dominus glorie confessione
credentium comprobatus. neque enim priuauit eum pater nature
sue nomine: postquam pro nobis homo et pauper effectus est. Nec
in iordane fluuio baptizatum altero appellauit uobulo. sed filium
unigenitum. Tu es filius meus dilectus in quo mihi bene complaceui.
nec similitudo nostra in diuinitatis mutata natura: Nec diuinitas
in nostre nature uersa est similitudinem. Cum ergo processisset
ex uirgine deus in ea quam assumpserat: humana natura unum ex
duobus sibi inuicem contrarius existens carne ac spiritu: unum in
deum assumitur. Aliud deitatis gratia prestat.

Item eiusdem infra inter cetera.

Dissus est quidem: sed ut homo. duplex enim erat in eo natura.
inde denique laborauit ex itinere. inde esuriuit. sitiuit. et fleuit
humani corporis lege.

Sancti Basili Cappadocensis Episcopi.

Quoniam ergo quedam in Christo ita uidemus humana: ut nihil
a communi mortalium fragilitate distare uideantur: quedam
ita diuina ut nulli alii nisi illi ineffabili nature conueniant deitatis:
heret humani intellectus angustia: et tante admirationis stupore
perculsa quo declinet: quid teneat: quo se uertat: ignorat. si ho-
minem putat: deuicto mortis regno cum spoliis redeunte a mortuis
cernit. propter quod cum omni metu et reuerentia contemplantum
est ut in uno eodemque ita utriusque nature ueritas demonstretur: ut
neque aliud indignum et indecens de diuina illa et ineffabili substantia
sentiatur. neque rursum que humanitas gesta sunt: falsis illusa imagi-
nibus estimentur.

Sancti Cirilli Episcopi.

Homo natus est: cum sit natura deus dei patris uerbum: quam
similiter ut nos sanguini communicauit et carni. Sic enim
in terris apparuit: non amittens quod erat: Sed assumens huma-
nitatis naturam in sua ratione perfectam.

Eiusdem in libro qui dicitur Scholia.

Unus igitur est et ante incarnationem deus uerus: et qui in humanitate mansit: id quod erat: et est. et erit. non discernendo igitur unum dominum Iesum Christum in hominem seorsum et deum. sed unum eundemque Iesum Christum esse dicimus non ignorantes differentias naturarum sed eas confusas inter sese seruantes.

Item. Eiusdem: cuius supra.

Intelligitur tanquam aliud in alio habitare: id est diuinam naturam in humanitate: non per se commixtionem aut commutationem: ut esset: quod non erat. quicquid enim in alio habitare dicitur: non ipsum fuit tale quale est: id quod habitat. sed aliud in alio magis intelligitur. At uero in uerbi natura et humanitatis sola nobis differentia designat diuersitas naturarum. unus enim ex utroque intelligitur Christus. ergo in confessionem ut ante dixeram: inhabitasse uerbum ait in nobis. Scit enim unum esse filium unigenitum carnem factum et hominem.

Item cuius supra ad Nestorium.

Sit igitur magna et sancta Synodus ipsum qui est ex deo patre naturaliter natus filium unigenitum deum uerum de deo uero. lumen de lumine. per quem et cum quo omnia fecerit pariter huc descendisse. incarnatum esse. et hominem factum dei uerbum. Non enim dicimus quod dei natura conuersa uel mutata facta sit caro: nec quod in totum hominem qui est ex anima et in corpore transformata sit: sed illud magis quod carnem animatam animam rationali sibi copulauerit uerbum substantialiter ineffabiliter irreprehensibiliter: ut factus sit homo: et nuncupatus sit etiam filius hominis: non nuda tantummodo uoluntate: sed nec assumptione sola persone. sed quod diuersae quidem nature in unum conuenerint. unus tamen ex ambabus Christus et filius: non euacuata aut sublata diuersitate naturarum per coniunctionem: sed quia simul nobis effecerunt unum dominum et Christum et filium id est diuinitas et humanitas per arcanam illam ineffabilemque copulationem ad unitatem. Itaque is qui ante omnia secula natus est ex patre: etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus. non quia diuina ipsius natura de sacra uirgine supersit exordium: Nec quod propter seipsam opus

habuerit secúdo nasci: post illam natiuitatem quam habebat ex patre. Est enim ineptú hoc et stultú dicere: q̄ is qui ante omnia secula est sempiternus patri secunde generationis eguerit ut esse inciperet. sed quia propter nos et propter nostram salutem naturam sibi copulauit humanam: et processit ex muliere idcirco natus esse carnaliter. Neq; enim primú natus est homo cõmunis ex sancta uirgine: et tunc demum inhabitauit in eo uerbum: sed in ipsa uulua uteroq; uirginali se cū carne cõiunxit: et sustinuit generationem carnalem: carnis sue natiuitatem suã faciens. Sic illum dicimus et passum esse et resurrexisse: non quia deus uerbum in sua natura passus sit: aut clauorú transfixiones aut alia sustinuerit uulnera: deus nanq; incorporealis extra passionē est. Sed quia corpus illud qđ ipsius proprium factú est: passum est: ideo hec omnia p̄ nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore quod patiebat: deus qui pati non poterat. Simili modo et mortē ipsius intelligimus. Imortale enim et incorruptibile est naturaliter et uita et uiuificans deus uerbú. Sed qa corpus ipsius proprium gratia dei iuxta Pauli uocē p̄ cõnibus mortē gustauit: idcirco ipse dicit mortē passus esse p̄ nobis. nō quod ipse mortē esset expertus: q̄tú ad ipsius naturã ptinet. Insania ē enim hoc uel se tire uel dicere. Sed ut qđ supra diximus: uera caro ipsius mortē gustauit: ita et resurgēte carne ipsius rursus resurrectionem dicimus. Non qa in corruptionē ceciderat: qđ absit: sed quia eius corpus resurrexit. Ita Christum & deum unum confitemur: non tanq̄m hominem cum deo coadunantes ne diuisionis quedam species inducatur. Sed unum iam & eundem adorantes: quia non ē alienú a uerbo. corpus suum cum quo ipse etiam assidet patri. Nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis assidentibus sed uno cum carne per unitatem: quia si talem copulationem factam per substantiã: aut quasi parú decoram uoluerimus accipere: in id incidimus: ut duos filios esse dicamus. Necessē est enim discernere & dicere hominem separatim fuisse sola filii appellatiōe honoratum: & rursú uerbú quod est ex deo & nomine & ueritate filium dei. Sed discernere in duos filios dei non debemus unum dominum Iesum Christum. neq; id adiuuat rectam fidei rationem. licet nonnulli copulationē nescioquã perhibeant personarú. non dixit enim scriptura uerbú dei personam sibi hominis assumpsisse: sed carnē factum eē. id autē est ostendere dei uerbum similiter ac nos participium habuisse

carnis & sanguinis. & corpus nostrum proprie suū fecisse. & hominē
 ex muliere processisse: non abiecta non deposita deitate aut ge/
 neratiōe illa quā habebat ex patre. sed māsisse. etiā in assūptiōe
 carnaliter deum quod erat: hoc ubiq; recte fidei ratio protestat.
 in tali sensu patres sanctos fuisse cōperimus. ideo illi non dubi/
 tauerunt: sanctam uirginem dicere theotocon: non quod uerbi
 natura deitasq; de sancta uirgine sumpsit exordium: sed q; ex ea
 natū sit: sacrū illud corpus animatū aīa rationali cui substācialiter
 adunatum dei uerbum carnaliter natū esse dicit.

Aspicias illustris lector quicunq; libellos
 Si cupis artificum nomina nosse: lege.
 Aspera ridebis cognomina Teutona: forsan
 Mitiget arsi musis inscra uerba uirum.
 Coradus suueynheym: Arnoldus pannartzq; magistri
 Rome impresserunt talia multa simul.
 Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
 Huic operi aptatam contribuere domum





Ine
473



